aſſignari ꝑncipalr̄ q̄tuor cauſe potiſſime ac ꝑncipales q̄bus hoīes pc̄tis īuoluti procraſtināt penitere. Pr̄ia dr̄ timor. Scd̄a pudor. Tertia ſpes. Quarta deſperatio. Prima cā dicit̄ timor. Timēt enī ml̄ti ad pn̄iā redire q̄a cogitāt laborioſū eſſe de ſuis culpis atꝫ pc̄tis ſatiſfacere. Sꝫ his tria remedia ad timorē repellendū dari pn̄t. Primū eſt cōſideratio pn̄tis pene facilitatis. Scd̄m cōſideratio pn̄tis pene modicitatis Tertium conſideratio pn̄tis pene breuitatis. Primū remediū ē cōſideratio facilitatis & poſſibilitatis pene quā exigit ſatiſfactio de qua dico tria notāda ſꝫ Tho. in .iiii. di. xv. Primū notādū q̄ lꝫ pen̄ia īfructuoſa ſit ſine ſatiſfactiōe tn̄ aliud ē facere equalens aliud poſſibile. Deꝰ n̄ exigit a pc̄tōre equalens uł eq̄le q̄a hoc ē īpoſſibile. Nā ſꝫ ph̄m .i. ethicoꝝ. In his honoribꝰ q̄ ſunt ad deū & ad pentes nō tenet̄ hō ad equalens ſꝫ ad poſſibile ideo tenet̄ hō ſatiſfacere ſꝫ poſſibilitatē ſuā. Vn̄ apl̄s ad thitū. Non ex opibus iuſtitie que fecimꝰ nos. Scd̄m notandū q̄ q̄uis hō totū poſſe ſuū debeat deo nō tn̄ exigit̄ de neceſſitate ut totū qd̄ poſſit faciat q̄a hoc ē inpoſſibile ſꝫ ſtatū pn̄tis uite cū opteat hoīem circa mł̄ta ſollicitū eſſe. Tertiū notādum q̄ facere aliq̄d acceptū deo pōt intelligi dupl̄r. Aut uirtute ꝓpria & ſic nullus pōt ſatiſfacere de pc̄tis ī deū cōmiſſis. Aut uirtute alteriꝰ & ſic unuſq̄ſq; merito xp̄i pōt ſatiſfacere qd̄ ē infinitū. Et ſi obiceret̄. Q xp̄s liberauit nos a pena debita pro peccatis nr̄is iuxta illud .i. Petri .ii. c. Peccata nr̄a ip̄e ꝑtulit in corꝑe ſuo ſuꝑ lignū Q exponēs Magr̄ ſn̄iaꝝ .i. iii. di. xix. ait. Peccata portare ē penā illorū exoluere. Et ad hoc eſt dictū Iſaie .liii. Vere languores nr̄os ip̄e tulit & dolores nr̄os ipſe portauit. Ergo nl̄la ſatiſfactio penał erit neceſſaria. uel ſi erit neceſſaria n̄ plene xꝰ ſatiſfecit ꝓ nobis. Rn̄deri pōt ſm Bon. in .iii. di. xix. Q paſſio xp̄i liberat nos a pena pn̄īe q̄ntū ē de ſe q̄a ſꝫ q̄ .d. Magr̄ in lr̄a. In baptiſmo omnis pena que ꝓ peccato debet̄ penitꝰ relaxat̄. Sed cū hō peccata iterat reddit ſe indignū tanto bn̄ficio. Et ꝑ paſſionēꝫ nō remittit̄ ei tota pena ſed mīorat̄ ſm q̄ dicit magr̄ in lr̄a q̄ntū decet & expedit ſalua diuina iuſtitia. Eſt ergo poſſibił faciliſq; pena ſatiſfactoria. quoniā ut ſcribit̄ .ff. de reg. iu. l. Impoſſibiliū. Ad īpoſſibile nemo tenet̄. Et ut Augꝰ dicit in ſermōe. Deꝰ ſeruū pigꝝ non dānaret ſi ea que nl̄lo mō fieri poterāt imparet. Scd̄m remediū contra timorē ſatiſfactiōis eſt cōſideratio modicitatis ip̄ius pene. Oīs etenī pena tp̄rał modicū eſt & q̄ſi nihil reſpectu fut̄e pene non ſolū inferni ſꝫ etiā purgatorii. de cuius grauitate ſuo loco diſputabit̄. Teitiū remediū cōtra timorē ꝓtactū ē conſideratio breuitatis pene ſatiſfactorie. Nā ſicut breuis ē uita ita breuis ē pn̄ia ꝑ quā ſalui eſſe ualemꝰ Quare ul̄lo timore pn̄ia eſt differenda. ¶ Scd̄a cā q̄re pleriq; differūt pn̄iāꝫ agere dr̄ pudor ſiue uerecūdia. Erubeſcunt enī & uerecundantur

benefacere.quoniā ſolēt utplurimi hoīes mali quoꝝ mult9 eſt numer9 uolentes benefacere ſuāq; malā uitā emēdare ī deriſū hr̄i Sed ad confutatiōe3 erroris h9i triplicē pudorē notare debem9.uidel3. Prim9 dicit̄ cōmendabilis.Scd̄us uituꝑabilis.Terti9 abhoīnabilis. Prim9 pudor ſeu uerecūdia dicit̄ cōmendabil' cum.ſ.qs erubeſcit malefacere.Nā ſm Io.dama. Verecūdia ē timor alicui9 turpitudīs.Q Arl.explicauit in.iii.ethi.Qui timet decens & uerecundus ē q autē non timet inuerecūd9.Et de uerecūdia loqt̄ Valeri9.li.iiii.d. Verecūdia eſt ꝑs omnis honeſti conſilii tutela ſollēniū officioꝝ magr̄a īnocētie cara ꝓximis accepta alienis omni loco oī tp̄re fauorabilē pre ſe referens uultū. Et ſapiēs eccl xxxii.ait Ante grādinē p̄ibit coruſcatio & añ uerecūdiā p̄ibit gr̄a.Hec uerecūdia refrenat ſenſus moderat̄ geſt9 librat uerba ponderat ſermones ornat ſenes decorat iuuenes magnificat reges ſubleuat ſubditos extollit prelatos & mores deaurat quoniā q erubeſcitiui ſūt hac erubeſcētia & rubore declināt mala.Sed uhe mūdo a ſcādalis quoniā rariſſima eſt hec erubeſcentia īter hoīes dep̄uatos Nam non erubeſcūt publice blaſphemare ludere rape fenerari ꝑiurare laſciua uerba & ſcurilia nō ſolū dicere ſed cātare inhoneſta ueſtimēta deferre & precipue mľres pect9 colla brachiaq; nudātes & ornatu meretricio corā hoib9 exeuntes & turpiſſima ſcelera adulterii fornicationis ſtupri ſodomie & ſacrilegii ꝑpetrare.Scd̄s pudor dicit̄ uituꝑabiľ cū.ſ.qs omittit uirtuoſos act9 etiā ad ſalutē neceſſarios ne mali irrideāt eū. Certū.n.ē ꝙ diſplic3 maľ uita bonoꝝ. Vñ ſapiēs ꝓuerl.xxi.ait.Aīa ipii deſiderat malū.Et.xxv.c.idem ait.Abhoīant̄ ipii eos q in recta ſūt uia.Et xiiii.c. Ambulās inqt recto itinere & timēs deū deſpicitur ac eo q infami gradit̄ uia Et.xiii.c. Deteſtant̄ ſtulti eos q fugiunt mala. Et hoc ideo ē qa ut dr̄ Io.iii. Oīs q male agit odit lucē. Qd̄ uerbū ponit̄.xviii. q.ii.in.c. Pernicioſū. Vrūtamen fatui ſūt & abhoīabiles q ne irrideant̄ a malis maloꝝ ſocii effici patiunt̄.Qñ etenī mali irridēt eos q boni ſūt idem eſt ac ſi ceci irriderēt eos q uidēt eos aut claudi eos q recte ābulāt aut laceratas ueſtes habentes illos q regio habitu ſunt amicti. Terti9 dicit̄ pudor abhoīabilis qñ.ſ.qs ad pnīa3 redire recuſat eo ꝙ ſua pc̄tā turpit̄ cōmiſſa cōfiteri confūdit̄. De iſto uero pudore latius dicā ī tractatu de cōfeſſione. ¶Tertia cā q̄re multi pnīam ī longū ꝓtrahūt dr̄ ſpes Hec aūt triplex ē. Pr̄a diu uiuēdi. Scd̄a tp̄ralia degustandi.Tertia mīa3 cōſequendi. Pr̄a eſt ſpes diu uiuēdi de qua innumerabiles decipiunt̄ ꝓmittentes ſibiipſis lōgitudīe3 dieꝝ.Nā ut inqt Cicero in li.de ſenectute.Nemo eſt.n.tā ſenex q ſe nō putet annū uiuere. Et Hiero9 ad Gerūtiam.Nemo ē tā fractis uirib9 & tā decrepite ſenectutis ut non ſe putet adhuc annum poſſe ſuꝑuiuere.Vñ ſubrepit obliuio cōditionis ſue ut terrenū animal

iam iamq; soluendũ erigat̃ in supbiã & aĩo celũ teneat. Verũtamẽ sic q̃ntũcũq;
excogitare qs uelit diut̃na uita sp̃ breuis erit. Vñ & Iacob9.iiii.c.ait. Que ẽ ui/
ta nr̃a? Vapor ad modicũ parẽs & deinde exterminabit̃. De uite aũt breuitate
plene scribã in sermone de uita hois & de cõtemptu mũdi & ĩ sermone de tp̃re
& in tractatu de uirtutib9. Scd̃a spes ẽ tp̃ralia degustãdi. Sperãt eni diligẽtes
mundũ mũdanis bonis p̃ libito posse diutius iocũdari. Et tñ expientia docet q̃
cuncta hui9 scl̃i fl̃a & desiderata bona caduca sunt & uana nullã in se stabilitatẽ
firmitatẽq; retinentia. Hinc Seneca ad Lucillũ ait. Noli huic trãquillitati con/
fidere. Momento mare euertit̃ & eodẽ die ubi luserunt nauigia sorbent̃. Prop/
terea a dño Iesu xp̃o perpulchre dicta ẽ parabola quã Lucas scribit.xii.c. Hoĩs
inq̃t cui9dã diuitis uberes fructus ager attulit. Et cogitabat intra se.d. Quid fa/
ciã q̃a nõ h̃eo quo cõgregẽ fruct9 meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruã horrea
mea & maiora faciam & illuc cõgregabo oĩa que nata sũt mihi & dicã aĩe mee.
Aĩa mea h̃es m̃lta bona posita ĩ annos pl̃imos. reqesce comede bibe & epulare
Dixit aũt illi dñs. Stulte hac nocte aĩam tuã repetent a te. Que aũt parasti cuius
erunt? Sic ẽ q̃ sibi thesaurizat & non ẽ in dño diues. Tertia ẽ spes miam conse/
quendi. Nã pleriq; deliberãt omne suũ tp̃s in iniuriã creatoris sui exponere &
tandem ab eo miam impetrare. Hanc spem refrenat sapiẽs cũ dicit Eccle.v. Ne
dixeris. Peccaui & q̃d mihi accidit triste. Altissim9 ẽ patiẽs redditor. De propi/
ciatu pc̃tõꝝ noli esse sine metu neq; addicias peccatũ sup peccatũ. Et ne dicas.
Miseratio dñi magna ẽ multitudinis pc̃tõꝝ meoꝝ miserebit̃. Mia enĩ & ira ab
illo cito p̃ximat & in pc̃tores respicit ira eius. Ne tardes cõuerti ad dñm. Subi/
to.n.uenit ira illi9 & in tp̃re uidicte disp̃det te. ¶ Quarta cã q̃re pc̃tores pñiaꝫ
retardãt dr̃ desperatio. ad quã inducunt̃ p̃pt̃ tria uꝫ. Prio p̃pt̃ pc̃tõꝝ magnitu/
dinẽ. Scd̃o p̃pt̃ pc̃tõꝝ multitudinẽ. Tertio p̃pt̃ pc̃tõꝝ uicissitudinẽ. Sed p̃ pre
cedentia que dicta sunt in sermõe de mĩa dei oĩa ista dissoluunt̃. Non sunt itaq;
p̃tacte cãe sufficiẽtes & necessarie ad retinẽdũ pc̃tores ne cõuertãt̃ ad deũ.

¶ Quã fatue agũt q̃ differũt penitentiã p̃pt̃ impedimẽta que possunt diffe/
rendo prouenire p̃pt̃ que exponũt se p̃iculo maxio. Capl̃m .ii.

SEcundũ mysteriũ declarãdũ de dilatiõe pñie dr̃ fatuitas. Qui.n.sic diffe
runt q̃druplici fatuitate laborãt. Pria dr̃ p̃iclitatiõis. Scd̃a abreuiatiõis
Tertia ruinatiõis. Quarta cessatiõis. ¶ Prima fatuitas dr̃ p̃iclitatiõis. quia illi
qui penitentiã nõ faciunt cum possint exponũt se p̃iculo non facere illã posse
cũ credũt. Hinc Hiero9 ad Saluiniã de nebridio & uiduitate sic ait. Cauendum
ẽ uuln9 q̃d p̃iculo & dolore curat̃. Aliud ẽ integra naui & saluis mercãtiis por/
tum intrare salutis aliud nudum herendo tabulis & crebri cursibus fluctuum ad

asperrima saxa collidi.hec ille.Pōt equidē euenire ut post diuturnā pctōꝝ con
suetudinē malus habitꝰ nō ita defacili amoueat̄ sicq̄ pctōr ipenitens fiat.Vñ &
Iob.xx.c.de tali sic loquit̄. Ossa eius implebunt̄ uitiis adolescētie sue & cū eo i
puluere dormiēt.Et sapiēs ꝓuer.xxii.ait.Adolescens ābulans iuxta uiā suā etiā
cum senuerit nō recedet ab ea.Et Hiere.xiii.c.inqt. Si mutare pōt ethiops pel
lem suā & pardus uarietates suas sic uos poteritis bñfacere cū didiceritis malum
Ex hoc ē q̄ peccatū ex cōsuetudie cōmissum morti Lazari comparat̄. Propt̄ q̄
Augꝰ de pe.di.ii.c.Sicut.ait.Sicut tribꝰ gradibꝰ ad peccatū ꝑuenit̄ suggestiōe
delectatiōe cōsensu ita ip̄ius peccati tres sunt dr̄ie.s.in corde in facto & i con/
suetudie tanq̄ tres mortes.Vna q̄i in domo idest cū i corde cōsentit̄ libidini al/
tera q̄i ꝓlata iam extra portā cū in factū ꝓcedit assensio. tertia cū in uitio cōsue
tudinis male tanq̄ mole terrena premit̄ aius q̄i in sepulchro iā putēs. Que tria
genera mortuoꝝ dñs resuscitasse quisqs euāgeliū legit agnoscit.hec ibi.In glo.
uero ponunt̄ hi ūsus sup uerbo tanq̄. Mens mala mors intus malus actus mors
foris usus.Tuba puella puer Lazarꝰ ista notāt. Hāc uerbo hūc motu lacrimādo
suscitat illū.Xp̄s & i medico nascit̄ eger hō.In Lazaro aūt resuscitādo quatuor
erant cōditiōes.Prima q̄a fetebat.Scd̄a q̄a lapis erat eius sepulchro suppositus
Tertia quia ligatos hēbat pedes & manus.Quarta q̄a sudario uelata erat facies
eius.Ioh.xi.c. Sic repiunt̄ sp̄ualit̄ ista q̄tuor in pctōre q̄ lōgo spacio peccata re
tinuit.Primo fetet deo angl̄is & hoibꝰ.Scd̄o ē ei lapis suppositus idest mala cō
suetudo.Vñ glo.Ioh.xi.ait.Dñs fremuit & lacriatus ē & clamauit uoce magna
quia difficile surgit quē mola male cōsuetudis ꝑmit. Hoc ē q̄ Iuuenalis pl̄chre
decātat li°.iii.satyra.i.Consuetudo mali tenet insanabile uulnus.Et Marcialis
cocus.Mens assueta malo firmius heret ei. Et Ouidius de arte amandi.Fac tibi
consuescat nil cōsuetudine maius.Rō ē q̄a ꝫm Ari.li° de memoria & reminiscē/
tia. Consuetudo ē altera nat̄a.Et li°.vii.ethi.Consuetudo nat̄e assimilat̄.Et li°
.i.rheto.Similis ē cōsuetudo nat̄e.ꝓpe enī qđ sepe ei qđ semp ē.Est aūt nat̄a
eius qđ sp cōsuetudo eiꝰ qđ sepe.hec ille.Tertio hēt manꝰ & pedes ligatos quia
impotēs factꝰ ē pꝰ peccatū ad bñ opandū.Quarto pctōr hēt faciē uelatā sudario
q̄a ex quo in tenebris pctōꝝ fuit sp̄ualē uisū amisit. De talibꝰ nāq̄ peccatoribꝰ
inq̄t Sophonias.i.c.Ambulabūt ut ceci q̄a dño peccauerūt.Et sapie.ii.c.sapiēs
ait.Excecauit illos malitia eoꝝ. Quare piculosū ē frequētare peccata & pn̄iam
prolongare.¶ Scd̄a fatuitas illoꝝ q̄ differūt cōuerti ad pn̄iam dr̄ abreuiatiōis.
quia cū t̄pus breue sit nō curant sibi de salute necessaria prouidere.Fatuus nāq̄
non imerito reputari posset si quis iter cepisset ad locū aliquē ad quem longa
esset uia & uix ibi ambulans ꝑ totā diem usq̄ ad noctē ꝑuenire ualeret & tñ pꝰ

30

ceptum iter stans qesceret dicens. Hora uesptina uel hora cōpletorii perficiam iter meū. Sic fatuus ē quia ad regnū celoꝝ debet accedere horam tardā presto-lans qua se ad pniam cōuertat. Tertia fatuitas eoꝝ q differūt pniam facere dr̄ ruinationis qm̄ peccata non deponens facile ad alia trahit. Et q̄nto peccata magis multiplicant magis grauant aīam & ex cōseqn̄ti cū maiori difficultate re surgit. Ideo legit in uitis pr̄m. Q uenit uox ad beatū Arsenium. d. Egredere & oñdam tibi opera hoīm. Et egressus uidit ethiopē nigꝝ cedentē ligna securi & facientē grandē sarcinā & temptabat leuare eā sed pre magnitudīe nō poterat. Et iteꝝ cedebat alia ligna & addebat sarcine. Innitebatq; adhuc leuare illam & minus q̄ pus poterat Quā deponebat & iteꝝ cedēs alia ligna sarcine adiunge-bat & fatigabat sicut pus illā leuare & ppt maius pōdus maiorēq; grauitatē ne quibat illā mouere. Fuit hec uisio sibi exposita sic. Q qui cedebat ligna & adde bat sarcīe hō peccator ē q peccatis oneratus sepi9 illa leuare nō sufficit sed sup addens & alia intra se dicit. Postq̄ cōgregauero multa peccata plura porib9 tūc illa leuabo & de illis pniaꝫ faciā. ¶ Quarta fatuitas dr̄ cessatiōis. Cessat eqdē multotiēs & deficit illud qd fuerat homo p̄meditatus. Premeditati nāq; fuerāt multi mori in senectute & mortui sunt in iuuētute. & mori in domo & mortui sunt extra domū. mori inter suos & mortui sunt int extraneos. mori loqn̄tos & mortui sūt lingue usu puati. mori in diuitiis & mortui sūt i egestate. mori cum pnīa & mortui sūt obstinati. O uita fallax. O uita fragilis. O uita mutabilis cui9 exitū nlls p̄scire mortaliū pōt. Vn̄ sapiens Eccle. ix. c. ait. Nescit homo finē suū sed sicut pisces capiunt hamo & aues cōprehendunt laqueo sic capient hoīes ī tempore malo cum eis ex templo supuenerit.

Q iniqui sunt qui pnīam tardāt & cōuerti ad dn̄m & agūt cōtra deum & an gelos & cōtra seipsos & cōtra omnē creaturā. Caplm. iii.

TErtiū mysteriū contēplandū circa pnīe dilationē dr̄ iniqtas. Pctōr nāq; q pnīam differt, iniquus ē q̄druplici iniqtate. Pria ē cōtra deū. Scda cō tra anglos. Tertia cōtra seipm. Quarta cōtra oēm creaturā. Pria iniqtas est contra deum, cui apponit fel in escam, iuxta illud psal. Dederunt in escā meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Velut. n. esca dn̄i ē opus bonū, qa in eo dn̄s delectat tanq̄ int flores, s̄m illud Cantl. ii. c. Pascitis int lilia. i. int mūda opera Esce ergo dn̄i fel apponit, q bonis opibus, que agit amaritudinē peccati admi-scet, pniamq; refugit. Talis etiā q senectutē ad pnīam agendā expectat, deteri orem ptē uite sue deo reseruat, & meliorē diabolo imolat. ¶. Scda iniqtas ē in angelos. Inpenitētes utiq; p suo mō q̄ntū de se ē angelos affligere n̄ erubescūt Nam lꝫ angeli btī impassibiles sint, & oī iocūditate repleti, tamen ut diximus, in

32

precedētibus de maloꝝ cōuersiōe gaudiū aliqđ accidentale suscipiūt. Hoc uero eis deesse necesse ē cū pctōres non cōuertunt. ¶ Tertia iniqtas peccatricis aīe impenitētis ē in seip̄am. Nā dū pctōr differt cōuerti uult potius hr̄e se malū, q̄ bonū, infirmū, q̄ sanū, seruū, q̄ liberꝝ, in statu latronis q̄ ī statu regis, nihil habentē, q̄ oīm bonoꝝ eccl'ie ꝑticipē, inutilē, q̄ multū ualentē. Peccatū nempe facit hominē malū, infirmum, mortuū, seruū, latronē, qa furat bona dei, pauperem, & inutilem. ¶ Quarta iniqtas ē in oēm creaturā, qa ꝓpt' duritiā hoīm pctōꝝ, creatē irratiōabiles quodāmō puniunt. Obscurat9 ē enī sol tp̄re passiōis, ꝓpt' iudeoꝝ crudelitatē. Perierūt in diluuio tot aīalia, & uolucres celi ꝓpt' peccata hominū. Maledicta fuit terra ꝓpt' peccata p̓moꝝ ꝑentū. Expergiscimi ergo o pctōres tardi. Ecce nūc tp̄s acceptabile inqt apl's. ii. Cori. vi. ecce nūc dies salutis. Nemini dantes ullā offensionē, nec deo, nec angelis, nec uobismetip̄is, nec etiā creaturis per tarditatem conuersionis uestre. Et sic facientes accipietis hic a deo gratiam, & in futuro gloriam. Amen.

¶ Dominica in sexagesima. De fructuoso & utili uerbo dei quo mediante oēs gentes crediderunt in Xp̄m saluatorem nostꝝ. Sermo. viii.

SEmen est uerbū dei. Scribunt hec uerba Luce. viii. c. & in euāg'lio hodierno & p̄ntī dn̄ice. Nihil tā efficax esse pōt ad cōuersionē cuiuslibet pctōris & cuiuslibet uirtuosi confortationē sicut deuota & frequens auditio uerbi diuini. Scim9 etenī ꝑ p̄dicationē euangelii mundū totū ab idolatrie errore reuocatū. Nā antea oēs gentes una excepta populi iudeoꝝ deos f'los cū damnatissimis suꝑstitiōib9 excolebāt. At ubi uox euāgelii audita ē in omni terra oīs error ab eius cōspectu fugatus ē tanq̄ si tenebre a lucis radiis fuissent depulse. Ex hoc inqt Eusebius pāphili li°. i. de euāgelica p̄patione. Nō enī Perse q xp̄m secuti sūt mr̄es suas nefandis nuptiis cognoscūt. nō hūanis uescunt carnib9 Scythe qm̄ ad eos usq; predica° xp̄i ꝑuenit nec carissimos f'la religiōe īpulsi filios iugulāt. Hec certe ac talia pene infinita hoīm quondam uitā uexabāt. Massagethe ac Derbices tradunt ꝓpinquos atq; affines suos q senectute cōficiebant miserrīos putasse ac ideo imolatas carnes eoꝝ quos plurimi fecerāt deuorabāt. Tibareni uiuos seniores suos p̄cipitarūt. Hyrchani rapacis generis auibus ac canibus ꝓiicere soliti. Que qdem cuncta religiosissime faciebant. Nunc uero sola euāgelica uirtute undiq; truculētissima hec pestis expulsa ē. hec ille. Et ut plenius intelligat ab omnib9 q̄nta sit uirtus diuini uerbi in h° sermone de ipso conuenient' tractabimus eo ꝙ saluator omnium in uerbis allegatis in themate dixit uerbum dei fore semen scilicet spiritualiū charismatū &

donoꝝ. In quibus uerbis tria mysteria sunt declaranda.

¶ Primū ē de uerbi dei p̄dicati dignitate.
¶ Secundū de predicātis uerbū qualitate.
¶ Tertium de auditionis eius utilitate.

¶ Q̄ quinq̄ sunt egregie & excellentissime dignitates uerbi dei & officii predicandi. Caplm. i.

PRimū mysteriū declarandū ē de dignitate uerbi dei predicati seu officii predicādi. Et ad hoc intelligēdū subnotabimꝰ qnq̄ excellētias de dignitate eius. Pr̄ia dr̄ xp̄i exercitatio. Scd̄a aplo͡ꝝ electio. Tertia miraclo͡ꝝ coruscatio. Quarta p̄dicatoꝝ defensio. Quinta eccl͡ie sublimatio. ¶ Pr̄ia excellentia uerbi diuini & officii p̄dicandi dr̄ xp̄i exercitatio. Dn̄s qdē Iesus deus dei filius predicare uoluit & p̄dicationis officiū exercere. Vn̄ Mathi. iiii. dr̄. Cepit Iesus p̄dicare & dr̄e. Pn̄iam agite. Et Luce. viii. de ip̄o dr̄. Iter faciebat ꝑ ciuitates & castella predicans & euangelizans regnū dei. Et ut colligit̄ ex dictis euāgelistarum p̄cipue Ioh. viii. & xviii. capl͡is sepius docebat p̄dicādo in tēplo & in synagoga. Veꝝtn̄ n̄ abre querere q̄s pōt. Vtꝝ xp̄s debuit solū iudeis & nō gentilibꝰ predicare. Ad qd̄ rn̄det Tho. iii. ꝑte. q. xlii. Q̄ cōueniens fuit p̄dicationē xp̄i tā ꝑ apl͡os q̄ per ip̄m a p̄ncipio solis iudeis exhiberi triplici rōne. Pr̄io rōne impletiōis. Scd̄o rōe ordinatiōis. Tertio rōe triūphatiōis. Pr̄ia rō dr̄ ipletiōis. Predicauit. n. xp̄s iudeis ut impleret ꝓmissiōes factas antiq̄s patribꝰ nō aūt gentilibꝰ q̄m ppl͡s ille iudeoꝝ tantū uiuebat sub dei ueri cultu. Vn̄ apl͡s Ro. xv. ait. Dico xp̄m ministꝝ fuisse circūcisiōis idest p̄dicatiōis iudeoꝝ ꝓpt̄ ueritatē dei ad confirmandas ꝓmissiōes pr̄m. Et ut etiā Hieroꝰ dicit suꝑ illud Math. x. In uiā gentiū ne abieritis. Oportebat p̄mū aduentū xp̄i nūciari iudeis ne iustā h̄erent excusationē dicētes. Ideo se dn̄m reiecisse q̄a ad gentes trāsierit. Veꝝtn̄ sicut non debuit a p̄ncipio indifferent̄ suā doctrinā gentibꝰ cōicare ita etiā nō debuit gētiles oio repellere ne spes salut̄ eis p̄cluderet̄. Iō aliq̄ gētiliū ꝑticl͡arit̄ sūt admissi sic Samaritana Io. iiii. & Chanāea Math. xv. ꝓpt̄ excellētiā fidei & deuotiōis eaꝝ. Scd̄a rō q̄re xp̄s tm̄ iudeis & nō gentibus p̄dicauit dr̄ ordinatiōis. Exigebat nāq̄ debitus ordo ut iudeis qui erāt ꝓpinquiores ꝑ fidē & cultū uniꝰ dei prius doctrina xp̄i ꝓponeret̄ & ꝑ eos transmitteret̄ ad gentes sicut & in celesti hierarchia ꝑ suꝑiores angelos ad inferiores diuīe illuminatiōes ꝑueniunt. Vn̄ Hieroꝰ suꝑ illud Math. xv. Nō sū missus nisi ad oues que ꝑierūt domꝰ isrl̄. Nō inq̄t hoc dicit quin ad gētes missus sit sed q̄ p̄mū ad isrl̄ missus ē. Et hoc p̄dixit Isaias ultīo. c. Mittā ex eis qui saluati fuerunt. s. ex iudeis ad gentes in mare in affricam in lidiam tenentes sagittā in italiā in greciā ad insulas longe ad eos q̄ non audierunt de me & nō uiderūt gl͡iam meā & annūciabūt gl͡iam meā gētibꝰ. Tertia rō q̄re xp̄s uoluit iudeis & n̄ gētibꝰ p̄dicare dr̄ triūphatiōis. Vt ōnderet

triumphũ & uictoriã crucis & passionis sue ꝑ q̃ meruit ptãtem & dñium sup gẽ
tes ſm illud Math.ultio. Data ẽ mihi oĩs potestas in celo & in terra. Maior ẽ si-
quidẽ ptãtis & uirtutis oñsiuũ fuit pꝰ passionẽ suã ꝑ apl'os reducere gentes q̃ si
ante passionẽ ipse personal'r eis predicasset. ¶ Scd'a excellẽtia uerbi diuini &
officii predicandi dr̃ apl'oꝝ electio. Ad hoc siquidẽ illos elegit xp̃s ut ad p̄dicã
dum illos mitteret. Vñ Ioh.xv.dicebat eis. Ego uos elegi de mundo ut eatis &
fructũ afferatis & fructꝰ urẽ maneat. Post passionẽ uero suã & resurrectionẽ dixit
eis illud Marci ultĩo. Euntes in mundũ uniuersũ predicate euangeliũ oĩ creatẽ
Et illud Mathi ultio. Euntes docete oẽs gentes. Qd' & ipsi ꝑfecerunt de q̄bus
dr̃ in psal. In o.t'.ex.so.eoꝝ & i fi.or.t.uer.eoꝝ. Ipsa uero expientia docet ꝙ ex
eoꝝ doctrina mũdus totus illuĩatꝰ ẽ. Sed hic queri ab aliquo põt. Vtꝝ apl'i ex di
uine gr̃e pñtia aut aliq̃ ui seu arte ꝓpria p̄dicãdo ppl'oꝝ corda mentesq; attrax
erũt ad xp̄m. Et dico ꝙ nõ potuissent tã cito euangl'iũ oĩbus gentibus cũ illoꝝ
emendatione predicare nisi eis affuisset uirtus diuina & spũs sancti gr̃a ſm illd'
Marci.ultĩo. Predicauerũt ubiq; dño coopante & sermonẽ cõfirmãte sequẽtibꝰ
signis. Nã tria sunt illa que uel ꝑ natam uel artẽ hoĩes inducere pñt ad aliquid
credendũ uel operandũ que tñ in apl'is xp̄m p̄dicantibꝰ nõ sunt inuenta. Primũ
ẽ dialetica & loicalis argumentaº. Scd'm ẽ rhetoricata ꝑsuasio. Tertiũ ẽ bonoꝝ
tp̄raliũ promissio. Primũ ẽ dialetica & loicalis argumẽtatio. Argumentũ nanq;
ut logici tradunt ẽ rõ rei dubie faciẽs fidẽ His argumẽtis cõmoti sunt pleriq; ad
seq̄ndũ Platonẽ alii Ari.alii Pythagorã alii reliquos ph'os & eoꝝ discipl'i facti.
Similibꝰ insuꝑ argumẽtatiõibꝰ Arrius Apollinaris Manicheus Valentinꝰ Che-
rinthus Fotinꝰ Hebion Paulus samosithanꝰ. Carpocarches Appelles Marcion
Hermogenes Nouatus Macedonius Florianꝰ Tertulianus Pelagius Nestorius
& ceteri alii suaꝝ heresũ uenena pestifera dissemĩauerũt q̄bus cõtaminati fuere
& populi & natiões. Scd'm qd' põt hoĩes inducere ad aliq̄d credendũ uel opan-
dum dr̃ rhetoricata ꝑsuasio. Inq̄t.n. Seneca ad Lucillum. Incredibile ẽ qd' facile
magnos uiros dulcedo orõnis abducat a uero. Et idem de consol'one ad Paulinũ
ait. Põt eloquẽtia que ꝑua sunt approbare pro magnis. rursus magna atenuare
& ad ima deducere. Et Tullius liº.ii.de oratore sic loquitr̃. Quid admirabiliꝰ q̃ res
splendore illustrata uerboꝝ? Tantã uim h't illa que recte a bono poeta dicta ẽ
uox atq; nimiꝝ regĩa reꝝ orõ ut non mõ inclinantẽ erigere aut stantẽ inclinare
sed etiã aduersantẽ atq; repugnantẽ ut impator bonus ac fortis capere possit. hec
ille. Sũt ad hº ꝓpositũ exẽpla. Nã recitat Valeriꝰ q̃nta sit uis eloq̃ntie. Et Tull'.
in qõibꝰ tusculãis. Q2 Egesias cyrenaicus ph's q̄dã Cyrene ciuitatis egypti adeo
copiose differebat de bono mortis mala uite plenissime demõstrando ꝙ multi

auditis illis sibi inferebāt mortē quapꝑpt᷑ a rege ptholomeo ꝓhibitus ē illa amplius edocere. Refert adhuc Valeri⁹ de studio & industria Q. Cato cesorin⁹ tā eloq̄ns fuit ꝙ nunq̄ ab aliquo grauatus ꝑ aliū defendi uoluisset. Et ut Plini⁹. d. in li° de uiris illustribus q̄dragesies quat᷑ accusatus ꝑ se solū cām dixit optimeq̄ fuit absolut⁹. Et ut Tull᷑ i. i. q̄ōnū tusculanaꝝ scribit. Fuit in eo tanta eloq̄ntia q̄nta illis tꝑibus dici potuisset. De Tullio īsuꝑ sic ait. Lactanti⁹. li°. iii. di. insti. Tullius sūm⁹ phs secte achademice ꝑfectus orator sua eloq̄ntia corda hoīm in manibus suis habuit ut quicq̄d usq̄ eloquii ꝑ latinoꝝ alueos fluxit ab hoc fonte progressum ē. Quāta aūt uis dicēdi fuerit in eo apte ponit Plutarchus uitā ei⁹ describēs. Dicit enī. Q. cum Cicero uenit rhodū ad Apolloniū milonis clarissimū oratorē & Possidoniū phm gl'iosū tradit᷑ Apolloniū cū esset exꝑs latīe lingue rogasse Ciceronē ut grece aliq̄d decl'aret. Qd' Cicero libens fecit. Ex illa declaratiōe oēs in stuporē uersi nō poterāt satīari de laudibus Cicerōis. Sed & Apolloni⁹ uenit ī tantā admirationē ꝙ uelut ꝑ extasim tract⁹ nō intelligebat & ꝑ multā morā tacitus sedit dixit tandē. Te nempe Cicero laudo & admiror. Sed me fortuna grecoꝝ misit ut uideā eruditionē & eloq̄ntiā que sola bonoꝝ nobis relicta erat per te Romā accessisse. Subdit & idē Plutarchus de facundia Ciceronis Q. dū orauit apud cesarē pro Quinto ligario q̄ ex aduersariis cesaris erat tanta gr̄a admirabilis fuit ut cesar in ꝑl'imos colores uultum uerterit manifestūq̄ fuit ꝙ anim⁹ cesaris mutabat᷑. Pharsalicā tn̄ pugnā cū orator attigeret cesar uelut amēs corpore ac m̄te alienat⁹ ē quosdā q̄ e manib⁹ suis fluxisse libellos dn̄t. Quare cesar dulci o'ōne uictus eū crimine liberauit. Tertiū qd' pōt homines inducere ad aliq̄d credendū uel oꝑandū dr̄ tꝑaliū bonoꝝ promissio. Sic Maumeth demulsit aures oīm eoꝝ q̄ iꝑm colunt & uenerāt᷑. Promisit eis diuitias concessit lasciuias & ad oēm uoluptatē libere laxauit habenas. Quid igit᷑ de apl'is predicātibus euangeliū tenendū ē? An iꝑi dialetici aut rhetorici uel forte tꝑalia ꝓmittētes? Absit. De illis etenī ait Aug⁹ li°. xxii. de ci. dei. c. v. Ineruditos liberalibus disciplinis & oīo q̄ntū ad istoꝝ doctrīas attinet impolitos non ꝑitos grāmatica nō armatos dialetica nō rhetorica inflatos. piscatores xp̄s cum retibus fidei ad mare hui⁹ scl'i paucissimos misit atq̄ ita ut ex oī genere tā m'ltos pisces & tanto mirabiliores q̄nto rariores etiā phos cepit. hec ille. Neq̄ insuꝑ tꝑrale aliq̄d policebant᷑ apl'i predicādo q̄nquidē & iꝑi asꝑnabāt᷑ tꝑralia cūcta spernendaq̄ pro eterna immortaliq̄ uita clamabāt. Fuerūt igit᷑ iꝑi tube spūs. s. suꝑno munere dei ad officiū predicatiōis deputati. ¶ Tertia excellentia uerbi dei & officii predicādi dicit᷑ miraculoꝝ coruscatio. Cōcomitat᷑ quippe sepenumero uerbū dei claritas miracl'oꝝ. Nā ꝭm Tho. ii. ii. q. c lxxviii. de⁹ facit miracl'a

maxime ꝑpt̄ tria. Primo ꝑpt̄ sanctitatis alicuius demr̄ationē. Scd̄o ꝑpt̄ fidei approbationē. Tertio ꝑpt̄ ueritatis ꝑdicate cōfirmatiōem. Prio facit deus miracula ad oñndendā sanctitatē alicui⁹ quē ꝑ merito uite uult ꝑponere aliis in exemplū uirtutis sicut fecit de magno Antonio Machario & aliis. Scd̄o facit de⁹ miracula ut fidē approbet Vñ glo. sup illud psal. Vt det illis hereditatē gentiū ait. Hec fuit intētio miracl'oꝝ ut crederent gentes. Tertio facit de⁹ miracula ad cōfirmandā ueritatē predicatā. Et sic facta sunt miracl'a & signa ꝑdicātib⁹ apl'is apl'icisq; uiris. Quisnā explicet quot signis claruit cōfessor dñi gloriosus sanct⁹ Antonius de ordīe minoꝝ predicator egregius? Referā ex multis qd' in eius legenda magna cōtinet̄. Dū enī quadā die in ciuitate Bituricensi populo predicaret tā ingens ml'titudo ad eū audiendū cōuenit ꝙ nl'l's locus ciuitatis illā capere posset. Vñ canonici ciuitatꝭ processional'r ciuitatē exeuntes cū ppl'o ad quoddā pratū latissimū peruenerūt. Dū aūt btūs Antoni⁹ predicare cepisset subito tp̄s surrexit & tempestas ualida adeo ꝙ oēs timere ceperunt tā de pluuia futa q̄ de coruscatiōibus & tonitruis & sic ceperūt fugere & uelle abire. Qd' cernēs beat⁹ Antonius dixit eis. Ego pro pte dñi nr̄i Iesu xp̄i uobis dico. Q̲ nullus uestꝝ aliquid mali h̄ebit. Stetis firmi & non timeatis. Qui eius uerbis fidentes īmobiles ad audiendū predicationē eius steterunt. Et cū grando grossissima descendisset super terrā circa audientes nec grando nec pluuia descendit cū tñ grando ex nimietate ad altitudinē magnā oēm locū ambiisset. Quo uiso miracl'o cuncti gratias deo dederūt. Et hoc miracl'm sculptū ē in lapide in frontispicio eccl'ie maioris Bituriceñ. Quid dicā de sancto Petro martyre? Quid de sc̄to patre nostro Francisco? Quid de sancto dñico? Quid deniq; de sancto Bernardio? Longū certe esset singillati eoꝝ miracl'a ꝑ cōfirmatiōe euāgelii diuinit⁹ facta enarrare

¶ Quarta excellentia diuini uerbi & officii ꝑdicandi dicit̄ ꝑdicatoꝝ defensio. Defendit equidē illos deus q nomen eius predicāt maxime a tribus. Primo ab emulis. Scd̄o a diabolis. Tertio a ꝑiculis. Primo defendit deus ꝑdicatores ab emulis. Nā ut scribit̄ .ii. q. iii. i. c. Quicūq;. Quicūq; cōtristauerit doctorē ueritatis peccat in xp̄m & p̄rem oīm exacerbat deū ꝑpt̄ qd' & uita carebit. Hinc legit̄ in uita bti Amandi ep̄i. Q̲ cū ꝑdicaret quidā ioculator irridebat eū qui arrept⁹ a diabolo iniuriā factā sancto ex uerbis eius fatebat̄ & se discerpens & lacerans unguibus & dentibus expirauit. Legit̄ adhuc de beato Francisco. Q̲ dum predicaret ī castro Citerne quedā mulier sup̄ueniens cū cimbalo pulsabat & ei⁹ predicationē irridebat & a sancto Francisco premonita ut desisteret noluit obedire Tandem sanctus Franciscus dixit. Tolle tolle diabole quod tuum est. Et statim capta ē ml'r misera & ī aerē leuata ac deinceps ampli⁹ non uisa. Scd̄o defendit

deus p̄dicatores uerbi sui a diabolis. Legimus.n.de btō Antonio de Padua.Q̱
ultīa q̄dragesima an̄ obitú suū uacās predicatiōib9 & cōfessiōibus audiendis in
p̀ncipio ip̄ius q̄dragesime a diabolo temptatus ē suffocari.Qui nomen uirginis
Marie deuote inuocās & crucis signū frōti imp̀mēs totā cellā lumie diuio circū
fulsā cōspexit & diabolus statī aufugit. Tertio defendit deus p̄dicatores a pi-
culis.sicut p3 in Paulo q de sei p̄o dicit in ep̄la hodierna.Q̱ fuit in piclis flumi-
nū piculis latronū piclis ex genere piculis ex gētibus &c. ¶ Quinta excellentia
uerbi dei & officii p̄dicandi dr̄ ecclie sublimatio.Sublimat.n.ecclia sancta offi-
cium p̄dicādi tripl'r. Prio mulieꝝ exceptiōe.Scd'o laicoꝝ ꝓhibitiōe.Tertio pre
latoꝝ obligatiōe. Prio ecclia excipit mulieres ab officio p̄dicandi.iuxta illud.i.
Cori.xiiii.Mulieres in ecclíis taceāt.Et.i.Thi.ii. Docere mlri n̄ pmitto.Et de
cōse.di.iiii.c.Mul'r. Mulier q̄uis docta & sancta uiros ī cōuentu docere uel bap
tizare aliquos nō p̄sumat.Ad idē facit.c.Mulierē.xxxiii.q.v.&.c.Mulier.xxiii.
di. Rō aūt q̄re mulieribus interdicit' actus p̄dicandi ſm Tho.ii.ii.q.c lxxvii.pōt
esse triplex.Pria ꝓpt' conditionē sexus feminei cui ꝓpt' peccatū cōuenit subiici
uiro.Docere aūt publice non ptinet ad subditos sed magis ad p̄latos.Scd'a rō ē
ne animi hoīum allicianť ad libidinē q̄m ut ait sapiens Eccle.ix.c. Colloquium
mulieris q̄i ignis exardescit & spēm eius admirati reprobi facti sunt. Tertia rō
assignať qa ut cōit' mulieres sunt insipientes & nō sūt ī sapientia pfecte ut eis
posset cōuenient' publica doctrina cōmitti. Priuate tamē pn̄t mulieres docere
que sciunt. Scd'o ecclia magnificat officiū p̄dicādi laicoꝝ ꝓhibitiōe qa ꝓhibet
laicis oībus publice predicare. Vn̄ Greg.non9 archiep̄o mediolanensi ait illud
qd' notať extra de hereticis.c.Sicut ī uno. Cū nōnulli laici predicare presumāt
& uerendū existat ne uitia sub specie uirtutū occulte subintrent.Nos attendē-
tes q doctoꝝ ordo ē q̄si precipuus in ecclia dei mandam9 quatenus cú alios dn̄s
aplos dederit alios ꝓphas alios uero doctores interdicimus laicis uniuesis cuius
cūq ordinis censeant' officiū predicādi. Ad hoc ꝓpositū diffuse loquit'.c.Cum
ex iniuncto.extra eodē.Rō aūt assignať ī glo.sup dicto.c.Cū ex .iniūcto.Quia
singula officia singulis debēt esse cōmissa sicut etiā apte patet.lxxxix.di.c.Sin-
gula.Et non solū de predicatiōe sed etiā de qbuslibet aliis negotiis eccliasticis
se intromittere laici nō debēt sicut patet extra de iudic.c.Decernim9.& de reb9
ecclesiasticis nō alie.c.Cū laicis.& de arbitris.c.Contingit.& de cōsti.c.Ecclia.
&.lxxxxvi.di.c. Bene quidē. Tertio ecclia magnificat uerbū dei & subl'iat illud
prelatoꝝ obligatiōe.Obligat.n.p̄latos ut de predicatiōe sollicitā curā habeant
Vn̄ extra de officio iudicis ordinarii.c.Int' cetera.sic habeť. Inter cetera que ad
salutem spectāt populi xp̄iani pabulū uerbi dei pmaxie sibi noscit' necessariū

quia ſicut corꝰ materiali ſic aīa ſpūali cibo nutrit̃ eo ꝙ nō in ſolo pane uiuit hō
ſed ī omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei. Vñ cū ſepe cōtingat ꝙ epī ꝓpt̃ occupa-
tiones multiplices uel inualitudines corꝑales aut hoſtiles incurſus ſeu occaſio-
nes alias ne dicamꝰ defectū ſcīe qđ in eis reprobandū ē oīo nec de cetero tolerā
dum ꝑ ſeipōs nō ſufficiūt miniſtrare uerbū dei poplo maxīe ꝑ amplas dioceſes
& diffuſas generali cōſtitutiōe ſancimꝰ ut epī uiros idoneos ad ſancte p̄dicatio
nis officiū ſalubrit̃ exequēdū aſſumāt potētes in oꝑe & ſermone q plebes ſibi
cōmiſſas uice ipoꝝ cū ꝑ ſe idem nequerint ſollicite uiſitātes eas uerbo edificēt
& exemplo qbus ipī cū indiguerit cōgrue neceſſaria ſubminiſtrēt ne ꝓ neceſſa
rioꝝ defectu cōpellant̃ deſiſtere ab īcepto. hec ibi. In clementina uero dudū de
ſepulturis aplica auctoritate cōcedit̃ p̄dicatoribꝰ & minoribus ut in eoꝝ eccliis
locis & plateis cōibus poplo & clero libere ualeāt p̄dicare ea hora dūtaxat ex-
cepta qua ipī ordinarii locoꝝ ꝑ ſe p̄dicarēt aut corā ſe facerent ſollemnit̃ p̄di-
cari niſi ɔtrariū ex eoꝝ uolūtate manaret. Arbitror aūt & ego diſpōe ſpūs ſācti
actū eſſe ut p̄fata lnīa p̄dicādi minoribꝰ & p̄dicatoribꝰ imꝑtiret̃ qm̄ niſi ipī ce-
teriq; mendicātes excolerēt uineā dñi ſabbaoth urtice uepres & ſpine iā imple
rent illā cūctaq; erroribꝰ mltiplicibus & hereſibꝰ eſſent maculata. Hi pauperes
frēs deſudāt ſtudiis lrāꝝ ut p̄dicationū ſuaꝝ fulgore orbē illuminent.

¶ Q quinq; ſunt conditiones neceſſarie in uno quoq; qui uult bene fructuoſe
& utiliter predicare uerbum dei. Caplm. ii.

SEcūdū myſteriū declarandū ē de q̄litate ſeu conditiōe p̄dicantis uerbū
dei & notabimus qnq; precipuas cōditiōes q̄s hr̄e debet qui officiū p̄di-
catiōis exercet. Prīa dr̄ ſcīa. Scd̄a mūditia. Tertia ſapīa. Quarta caritas. Quīta
pacientia. ¶ Prīa cōditio que in uno quoq; p̄dicāte inuneiri debet dr̄ ſcīa. Vbi
aduertendū ſcđm Alexandꝝ de ales in. iii. uoluīe ſūme ꝙ triplex ē doctrina. Prīa
ſimplicis exhortatiōis. Scd̄a aſſumpte profeſſiōis. Tertia predicatiōis. Prima
ē doctrina ſimplicis exhortatiōis qua pōt unuſqſq; fraterna admonitiōe corri-
gere & docere ꝓximū ſuū & h̄ cōis ē oīm ſcđm quā oēs ſcire tenēt̃ ſymbolū orōnē
dñicam precepta decalogi peccata capitalia oꝑa mīe & ecclie ſacramēta. Scd̄a
doctrina dr̄ aſſumpte profeſſionis. Et ſcđm hāc unuſqſq; ſcire debet ea que per-
tinent ad facultatē ſuā ad minus cōpetent̃. Sic medici ſcire debent regulas me-
dicīe & nō iuriſte. Iuriſte uero ſcire debent ſnīas legū & nō medici & ſic de aliis.
Tertia doctrina dr̄ predicationis cuius miniſtri ideſt predicatores ſcire tenētur
nō tantū credenda ſed etiā expōnes preceptoꝝ ita ut ſaltem competent̃ docti
poſſint alios īſtruere & docere. Vñ extra de hereticis. c. Ex iniuncto. dr̄. Sciētia
ualde neceſſaria ē ſacerdotibus ad doctrinam quia iuxta uerbū ꝓphicum Labia

ſacerdotis cuſtodiũt ideſt cuſtodire debẽt ſciam ẜm glo. Que uerba etiã notant
xliii.di.c.Sit rector.&.viii.q.i.c. Oportet.ubi ſic habet. Oportet eũ q docet &
inſtruit aĩas rudes eſſe talem ut pro ingenio diſcentiũ ſemetipm poſſit aptare
& uerbi ordinem pro audientiũ capacitate dirigere. Debet ergo apprime eſſe
eruditus & doctus. Et.xvi.q.i.c.Sic uiue.&.c.Si clericatus.dr̃. Multo tp̃re diſce
& poſtmodũ doceas. Et.xxxviii.di.c.Ignorãtia. Sacꝝ cõſilium inqt. Ignorantia
mr̃ cunctoꝝ erroꝝ maxie in ſacerdotibus uitanda ẽ qui docendi officiũ in pp̃lo
ſuſceperunt. Sacerdotes.n.admonent legere ſanctas ſcripturas Paulo apl̃o di-
cente ad Thimo. Attende lectiõi exhortatiõi & doctrine. Et ad hoc facit.c.Si ĩ
laicis.&.c.Nulli ſacerdotũ.&.c.Si iuxta.&.c.Qui ea.p̃fata di.xxxviii.&.lix.di.c
Ordinatos.dr̃. Qui mĩme lr̃is opam dedit p̃ceptor eſſe nõ põt lr̃aꝝ. Et Hiero9
ad Nepotianũ ita ſcribit. Diuinas ſcriptas ſepius lege imo nũq̃ de manib9 tuis
ſacra lectio deponat. Sermo ſacerdotis ſcriptaꝝ ſale conditus ſit. Nolo te decla
matorẽ eſſe & fabulũ garrulũqꝫ ſed miniſterii pitum & ſacroꝝ dei tui eruditiſſi
mũ. Verba uoluere & celeritate dicendi apud impitũ uulgus admirationẽ ſui fa
cere indoctoꝝ hoiũm ẽ. Ex qbus oĩbus colligit ꝙ nullus predicare debet niſi ſit
doctus ita ut ſaltẽ in eo ſit mediocris ſcĩa & ſi nõ multũ eminẽs ut hȝt extra de
electiõe.c.Cũ nobis. Sed ut Hiero9 inqt ad Paulinũ. Qd medicoꝝ ẽ pmittunt
medici tractãt fabrilia fabri. Sola ſcriptaꝝ ars ẽ quã ſibi oẽs paſſim uendicant.
Scribimus indocti doctiqꝫ poemata paſſim. Hãc garrula anus hãc delirus ſenex
hãc ſophiſta uerboſus hãc uniuerſi p̃ſumũt lacerãt docẽt añquã diſcãt. Alii ad-
ducto ſupcilio grãdia uerba trutinãtes int mulierclas de ſacris lr̃is philoſophã
tur. hec ille. Sed nõnulli impiti illitterati & idiote p̃ſumptiõis uẽto tumefacti
ſcĩam damnãt ſtudia lr̃aꝝ ſacraꝝ uitupant. laudant uero ignorantiã & ruſticita
tẽ. Aſſerũt.n.xp̃m huĩlimos piſcatores apl̃os.ſ.ad p̃dicandũ miſiſſe. Qd Paul9
.i.Cor.ii.c.approbat.d. Que ſtulta ſunt mũdi elegit deus ut confundat ſapien
tes. Si igit apl̃i oĩo rudes ad p̃dicationẽ euãgelii ſũt electi nõ uidet rõni cõſonũ
dr̃e ſciam fore p̃dicantibus neceſſariã. Talibus ſic arguẽtibus. Rñdet Hiero9 ad
Paulinũ. Sancta qppe ruſticitas ſolũ ſibi pdeſt & q̃ntũ edificat ex uite merito
eccl̃iam xp̃i tantũ nocet ſi deſtruentib9 nõ reſiſtat. Malachias pp̃ha imo p ma-
lachiã dñs interrogat ſacerdotes legẽ in tm̃ ſacerdotis officiũ ẽ interrogatũ rñ-
dere de lege. Et in Deutero.legimus. Interroga p̃rem tuũ & annũciabit tibi ſe
niores tuos & dicent tibi. In pſal.quoqꝫ.c xviii. Cantabiles mihi erant iuſtifica
tiones tue in loco pegrinatiõis mee. Et ĩ deſcriptiõe uiri iuſti cũ eũ arbori uite
Dauid que ẽ in padiſo cõparet int ceteras uirtutes hoc etiã intulit. In lege dñi
uoluntas eius & in lege eius meditabit die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſime

uiſionis iuſtos ait fulgere q̄ſi ſtellas & intelligētes ideſt doctos q̄ſi firmamentū.
Vides q̄ntū inter ſe diſtant iuſta ruſticitas & docta iuſtitia. Alii ſtellis alii celo
cōparant̄. Quanq̄ iuxta hebraicā ueritatē utrūq; de eruditis poſſit intelligi. Ita
enī apud eos legimus. Qui aūt docti fuerint fulgebūt q̄ſi ſplendor firmamēti &
qui ad iuſtitiā erudiūt multos q̄ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Cur dr̄ Paulus
apl̄s uas electiōis? Nempe q̄a uas legis & ſcripturaꝝ ſanctaꝝ armariū erat. Pha-
riſei ſtupēt in doctrīa dn̄i & mirant̄ ī Petro & ioh̄e quō legē ſciant cum non di
dicerint litteras. Quicq̄d enī aliis exercitatio & quottidiana in lege meditatio
tribuere ſolet hoc illis ſpūs ſanctus ſuggerebat & erāt iuxta qd̓ ſcriptū ē docibi
les deo. hec ille. Ex cuius uerbis clare deꝑhendim⁹ q̄ licet apl̄i ſciam nō hūerit
acquiſitā tn̄ illā habuerunt infuſā. Sil̄r & pat̄ nr̄ Franciſcus ex dono ſpūs ſancti
tantā plenitudinē grē & ſcie accepit ut p̄dicās oēs in ſtuporē cōuerteret audi-
entes. Vn̄. d. Bon. iii. ꝑte legēde maiori de eo ſic ait. Erāt eloquia eius nō inania
nec riſu digna ſed uirtute ſpūs ſancti plena erāt medullas cordis penetrātia ita
ut in uehementē ſtuporē audientes cōuerterēt. Et in. xii. ꝑte legēde inq̄t. Erat
uerbū eius uelut ignis ardens penetrās intima cordis oīmq; mētes admiratione
replebat cū nō humane inuentiōis ornatū p̄tēderet ſed diuine reuelatiōis affla
tu redoleret. ❡ Scd̓a cōditio quā p̄dicator hr̄e debet dr̄ mūditia. Debet. n. eē
mundus & īmaculatus nō ſolū in ſe ſed ꝓxis exēplo bono illos edificās. Quia ut
iq̄t Greg. ī omel. Cuius uita deſpicit̄ reſtat ut ei⁹ p̄dicatio cōtēnat̄. Et Hiero⁹
ad Nepotianū ait. Nō cōfundāt opa tua ſermonē tuū ne cū in eccl̄ia loqueris ta
citus q̄s rn̄deat. Cur ergo que dicis ip̄e non facis? Delicatus magr̄ ē qui uentre
pleno de ieiuniis diſputat. Et Io. chryſo. di. xl. c. Multi. ait. Si bn̄ uixeris & bene
docueris ppl̄m inſtruis. Si bn̄ docueris & male uixeris tui ſolius cōdemnator es
Nā bene uiuēdo & bn̄ docendo ppl̄m inſtruis quō debeat uiuere. Bene aūt do-
cendo & male uiuēdo deū inſtruis quō te debeat cōdemnare. Ad hoc ꝓpoſitum
etiā Lactā. in. iiii. li° di. inſti. ait. Hoīes malūt exempla q̄ uerba q̄m loqui facile
ē preſtare difficile. Vtinā q̄dem tā multi bn̄facerēt q̄ multi bn̄ loquunt̄. Et idē
in. iii. li° inq̄t. Qui docēt tm̄ nec faciūt ip̄i p̄ceptis ſuis detrahūt pondus. hec ille
Nec ſufficit extrinſecus exemplū bonū p̄bere niſi & mens ip̄a p̄dicatoris intrin
ſecus fuerit mūda q̄a ut iq̄t Greg. ſup Ezechielē. Sermo dulcedinē nō h̄t quē
infra cōſciam uita reproba remordet. ❡ Tertia cōditio p̄dicatoris uerbi dei dr̄ ſa
piētia ſiue prudentia. Debet nāq; prudent̄ doctrinā cōicare ita ut nō ſemꝑ oīa
dicat nec ſemꝑ oīa taceat ſed ꝑ loco & tp̄re ſ̄m q̄ uiderit auditoꝝ utilitati me-
lius conuenire. Hinc Greg. in paſtorali ait illud qd̓ ponit̄. xliii. di. c. Sit rector.
Sit rector diſcret⁹ in ſilentio utilis ī uerbo ne aut tacenda ꝓferat aut proferēda

reticescat. Nam sicut ĩcauta locutio in errorẽ ꝑtrahit ita indiscretũ silentiũ eos qui erudiri poterãt in errorẽ derelinqt. Sepe nãqꝫ rectores inprouidi hũanam gratiã amittere formidãtes loq̄ libere recta ꝑtimescũt.hec ille.Et licet in quolibet officio publico exigat̃ ꝓuidẽtia ip̄a tñ multũ ẽ necessaria his q̄ p̄dicãt uerbum dei ita ut locis ꝑsonis & tp̄ribus suos sciãt aptare sermones. Nã ƀm ap̄l̃m Sapiam loq̄mur int̃ ꝑfectos.ꝑuulis aũt lac dam⁹ ĩ potũ. Veꝝtñ ꝑsepe cõtrariũ fieri uidem⁹ ab ĩsipiẽtib⁹. Predicauit qdã tp̄re meo corã uetul̃.vii.ul̃.viii.de ludo aleaꝝ & ebdõada seq̄nti de uitio sodomie.Alter uero in die sp̄us sancti corã ingenti multitudine doctoꝝ uiroꝝ laudes narrauit sancti Bernardini & similia multa omitto ne uidear ꝓbos p̄res uelle corrigere. Illud tñ silentio ñ ẽ pretereundũ. Q̄ꝛ quidã q̄ feruẽtes sed uere potius furẽtes uocari p̄nt gl̃iant̃ sub specie detestationis uitioꝝ talia publice tamqꝫ sordida & obscena spurcissimaqꝫ uerba fant̃ q̃lia min⁹ q̄libet histrio ioculator satyra & fetidissim⁹ lenọ loqui erubesceret. Ex quoꝝ imprudẽti doctrina q̃plures nedũ peccata quedã que ignorabant didicerunt ueꝝ etiam & illa ꝑpetrari conati sunt.O reprehensibiles.O uitiosi. O deniqꝫ nefandi uitioꝝ corruptores.Audite b̄ti Frãcisci cõsiliũ in regula sic.d. Moneo quoqꝫ & exhortor frẽs meos in dño Iesu xp̄o ut in p̄dicatione quã faciunt sint examiata & casta eoꝝ eloq̄a ad utilitatẽ & edificatiõeꝫ popl̃i annunciando eis uitia & uirtutes penã & gl̃iam cũ breuitate sermõis. Nõnulli gl̃iantur populũ induxisse ad risum & ad truffas. Cõtra quos Hiero⁹ ad Nepotianũ ait. Lacrĩe auditoꝝ laudes tue sint.hec ille. Tales aũt magis dicẽdi sunt truffatores q̃ predicatores q̄ q̄busdã gesticl̃atiõib⁹ & truffis conãt̃ popl̃m in risum uertere Igit̃ q̄ prudẽs ẽ uitia hec rep̄hensibilia de q̄bus dixim⁹ uitare curat. ℭ Quarta conditio p̄dicãtiũ dr̃ patiã.Euenire q̄ppe solet ut int̃ ml̃tos q̄ laudãt p̄dicatores ĩueniãt̃ nõnl̃li detractores qđ diuina agit̃ dispẽsatiõe ut põdere detrahẽtiũ fumus dep̄mat̃ inanis gl̃ie q̄ oriri posset ex uerbis blãdiẽtiũ. Hinc Greg̃.vi.q. i.c.Sunt pl̃imi.inq̄t.Sũt pl̃imi q̄ uitã bonorũ ãpli⁹ q̃ debent laudant & ne qua elatio de laude subrepat ꝑmittit op̄s deus malos ĩ obtrectatiõe & obiurgatiõe prorumpe ut si qua culpa ab ore laudantiũ in corde nascit̃ ab ore uituꝑantium suffocetur.hec ille. Patient̃ itaqꝫ & equo aĩo ferendi sunt rumusculi plebis nec curandũ de oĩb⁹ que dnr̃ nisi talia essent ꝓpt̃ que si nõ cõfutarent̃ infamia notabilis in p̄iuditiũ aĩaꝝ oriri posset. Vñ Hiero⁹ ad Nepotianũ ait.Caue ne hominum rumusculo aucuperis & offensã dei popl̃oꝝ laude cõmutes.Per ĩfamiã & bonã famã xp̄i miles gradit̃ nec laude extollit̃ nec uituꝑatiõe frangit̃ & leta contemnit & tristitia Per diẽ sol nõ urit eũ neqꝫ luna ꝑnoctem.hec ille.Et uere nisi p̄dicator patiẽs extiterit multã sentiet amaritudĩeꝫ q̄ñ qđ un⁹ laudat alter

uitupat. Laudāt docti subtilitates & ꝓfunda dubia scripturaꝝ uitupant ista uulgares & ignorātes. Extollūt ignorātes & muliercle uulgaria quedā exēpla siue parabolas & de illis uiri periti q̄ n̄ hn̄t deuotionē risū suscipiūt. Et sic ꝑ uarietate audientium uaria ē opinio uariusq; appetitus unoquoq; ꝯm suū modū referente

Quinta cōditio p̄dicatoris euāgelii nūcupat̄ caritas. Hec facit predicatores querere n̄ que sua sūt sed que Iesu xp̄i. Et. i. Cor. xiii. & . x. capl'is doctor gentiū ait. Nō querēs qđ mihi utile ē sed qđ multis ut salui fiant. Querūt que sua sunt q predicāt aut cupiditate glie aut appetitu ambitiōis honoris & dignitatis aut amore lucri & spe quest9 aut deniq; respectu cuiuslibet cōmodi tꝑalis Nō stāt ista cum caritate que deū diligere facit ꝓpt̄ se & ꝓximū ꝓpt̄ deum.

De quinq; fructibus & utilitatibus uerbi dei & quare utile ē omnibus illud audire libenter. Caplm. iii.

Tertiū mysteriū declarandū ē de utilitate audientiū uerbum dei. Et licet multi sint fructus & utilitates deuote audientiū uerbū dei tn̄ nos in presentiaꝝ tm̄ quinq; explicabim9 q̄tenus his fructib9 excogitatis unusq̄sq; aietur ad libēt̄ & deuote audiēdū illud. Pr̄ia dr̄ illūiatio. Scđa cōfortatio. Tertia fortificatio. Quarta delectatio. Quīta exēplatio. Pr̄ia utilitas uerbi dei dr̄ illūiatio. Illūinat quippe intellectū hoīs sicut sol illūiat mundū. Et hoc inqt Dauid ī psal. Declaratio sermonū tuoꝝ il. & ītel. d. p. Et iteꝝ. Lucerna pe. m. uer. t. & l. se. m. Illuminat̄ siquidē mēs attente audiētiū & cū utilitate. Primo respectu credendoꝝ ut sciat fidei rudimēta. Scđo respectu colendoꝝ ut deū colat creatorē. Tertio respectu abhorrēdoꝝ ut uitia abhorreat & uitet. Quarto respectu acceptandoꝝ ut uirtutes acceptet & insequat̄ Quinto respectu spernēdoꝝ ut mundum spernat & eius bona. Sexto respectu agendoꝝ ut opa agat que mandant̄ in lege. Septio respectu timendoꝝ ut penas inferni timeat. Octauo respectu desiderandoꝝ ut beatitudinē eternā desideret. Nam nisi hec & hui9modi populis predicarent̄ omnes nelut ceci uariis inuoluerent̄ erroribus. Scđa utilitas quā cōsequunt̄ uerbū dei audientes dr̄ cōfortatio. Nā licet multi sciāt bona que operari tenent̄ & mala a quibus sibi cauere debēt tn̄ q̄ndoq; nec bona faciūt nec malā fugiunt deuicti quadā tepiditate uel potius sensualitate & delectatione hoꝝ tꝑaliū. Alii etiā q̄uis sciant penas inferni fore timendas desiderandumq; celum pieq; xp̄i passionē deflendam tn̄ cor hn̄t insipidū sine timore sine desiderio & sine ulla pietate. Cum uero tales audiūt uerbū dei frequent̄ cōfortant̄ ad deponendam oēm tepiditatē ad amplectendas uirtutes ad surgendū a peccatis ad compatiendum xp̄o passo ad timendos gehenne cruciatus & ad desiderandū regnum dei. Quia ut Hieronimus ait ad Paulinum. Habet nescio quid latentis

energie uiue uocis actus & ĩ aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat. Vñ & Heschines cũ Rhodi exularet & legeret illa Demostenis orõ q̃ aduersus eũ habuerat mirãtibus cunctis atq; laudantib9 suspirãs ait. Quid si audissetis ipam bestiã sua uerba resonantẽ? hec ille. Quanta aũt sit uis in uerbo dei predicato apparet undiq; ex mirandis exemplis tã aploꝝ q̃ alioꝝ. Petrus nanq; post susceptũ .s.s. una predicatiõe tria millia aĩaꝝ cõuertit ad xp̃m. Actuũ .ii.c. Quid fecit Paulus uas electiõis? Quid reliq oẽs apli & discipli xp̃i? Et diebus nr̃is unde q̃i renouata uidet religio xp̃i sustentata ecclia & peccatores ad pnĩaʒ aĩati nisi ex auditu p̃dicantiũ? O uerbũ dei benedictũ. O uerbũ salutifeꝝ. O p̃dicatio fecundissima. O instr̃m salubre quo cõmoueri pñt mẽtes dure ad agẽdã pnĩam & corda oĩm ad uirtutes sectãdas. ¶ Tertia utilitas audiẽtiũ uerbũ dei dr̃ fortificatio. Fortificat .n. eos q boni sũt ut in melius ꝓficiãt & ꝑseuerẽt ita q; ex uerbo dei q̃i cõseruãt & nutriunt sicut plãtula que ut uiriditatẽ seruet irrigat aqs. Ideo xp̃s ait. Math. iiii. Nõ in solo pane uiuit hõ sed in oĩ uerbo qđ ꝓcedit de ore dei. Quarta utilitas dr̃ delectatio. Delectat eteuĩ uerbum dei & recreat spiritualr audientes. Nã oĩs aĩa bona letant audit magnalia summi imꝑatoris celoꝝ. Et qcũq; aliquẽ diligit de ipso libent loquit & libent audit bene de illo loquentes. Sic q deũ amãt & ex xp̃o sunt uerba eius audiunt ut dicit Ioh. viii.c. Et Maria magdalene que dilexit multũ Luce. vii. saturari nõ poterat audiendo uerba melliflua xp̃i Iesu. Luce. x.c. ¶ Quinta utilitas dicitur exemplatio. Prebent nãq; audientes uerbũ dei exemplũ bonũ ꝓximis suis. Nã sepe cõtingit ut hi q infime sunt cõditionis uidentes uiros graues utputa religiosos uiros doctos nobiles & honestos ciues ad p̃dicationẽ cõfluere aĩent & ipi ad eã audiendã diligent. Ergo ut finẽ huic sermoni faciã cũ tam grãdia tãq; mirifica sint ꝑuilegia uerbi diuini oẽs aduoco cũctos inuito singulisq; clamo. Venite & audite ut audiendo uerbũ dei acqrere possitis eius gratiã & deinde peruenire ad beatam gliã In qua xp̃s benedictus uiuit & regnat in scla scloꝝ. Amen.

¶ Feria secunda post dominicam in sexagesima. De uerbo dei & de eius auditione. Sermo .ix.

IN corde bono & optimo audientes uerbũ retinẽt & fructũ afferunt ĩ patĩa. Verba sunt xp̃i Iesu saluatoris origĩalr Luce. viii.c. Quis mlta dicta sint in supiori sermone de p̃dicato uerbo dei restãt tñ adhuc de eius auditione aliqua differenda. Opus enĩ est confutare illos qui uel audire respuunt uel negligent audiunt aut audientes nõ custodiũt uerbũ. Et reuera sati supq; necessaria ẽ hec cõfabulatio ut inducant hoĩes ad audiendũ uerbũ diuinũ cum effectu & utilitate salutis sue. Nam non desunt diaboli temptamenta ad

remouendas mentes ab auditu spūalis doctrine cū ipsa sit q̄i sagitta uulnerans astutiā eius. Idcirco de auditiōe uerbi dei dicere uolentes notabimus in hoc sermone principaliter tria mysteria declaranda.

¶ Primū dr̄ inductio. ¶ Qualiter omnes inducuntur ad audiendum uerbum dei
Scd'm modificatio. a scriptura a natura & ab exemplis.
¶ Tertium obligatio. Capl'm. i.

blaſphemãtes.hec ille. Dixit ergo latro penitẽs. Dñe memẽto mei dũ ueneris in regnũ tuũ. Reſpiciẽs aũt Ieſus benedict9 h9 latronis cõtritionẽ fidẽ ſpem atq caritatẽ rñdit ei ſcdm uerbũ qd in cruce ꝓtulit.d. Hodie mecũ eris ĩ paradiſo. O felix ꝓmiſſio. O breuis tãte felicitatis adĩpletio. Nullus añ latronẽ hoc uerbum audiuit. Promiſſa ſiqdem fuit pribus & ꝓphis eterna uita p xp̃m ſed nulli ſicut latroni ita breui ſpacio deſignata.

¶ Q in ĩſpectione xp̃s uehemẽt doluit ꝓpt querelationẽ ꝓpt recordationem & ꝓpt cõmendationẽ.

Scdi articuli dolor qrtus.

QVart9 dolor ſcdi articuli dr ĩſpectiõis. Cũ.n.de cruce inſpexiſſet matrẽ aſprimo dolore uulneratũ ẽ cor ei9 & ꝑcipue ꝓpt tria. Primo ꝓpt querelationẽ. ¶ Scdo ꝓpt recordationẽ. ¶ Tertio ꝓpt cõmẽdationẽ. ¶ Primo doluit xp̃s ꝓpt querelationẽ. Audiebat nãq querelas mr̃is ĩgeminãtis & dicentis ſibi uocabulũ illud qd p triginta & tres annos cũ tanta dulcedine utriuſq cõmemorauerat in paſſione uero illud ꝓferebat cũ corde pleno dolore merore & amaritudine Poterat ergo uirgo illa ſanctiſſima lamtari & dicere. Fili mi aĩe mee oliʒ cõſolatio & gaudiũ. nũc aũt gladi9 penetrabilior oĩ mucrone acutiſſimo. Fili mi quẽ nouẽ mẽſib9 in utero tenui quẽ paruo lacte paui quẽ totiẽs ĩfãtẽ & puulũ pãnis ĩuolui in cuna repoſui & amoroſis ãplexib9 ſtrixi ĩt ubera mea & oſculata ſũ. O q̃ infelix mihi & tibi facta ẽ dies iſta Ecqs poterit mederi uulnerib9 doloꝝ meoꝝ. & mitigare anguſtiã miſelle mr̃is tue cũ inſpiciã te filiũ meũ ut leproſuʒ factum qui ſpecioſus eras pre filiis hominũ ut maleficũ & reũ cũ ĩiqs deputatũ? Qui ſanct9 ſanctoꝝ es ut fatuũ & ſtultũ cerno in quo recõditi ſunt oẽs theſauri ſapie dei ut hoſtẽ & oĩm inimicũ q oĩbus affabilis benign9 & hũan9 ſp aſtitiſti. & ſup oĩa uelut oblitũ mei uidue mr̃is tue. Nã ecce iã morieris & nil mihi dicis Ecqd faciam ego ſine te filio meo? Quo diuertã? Ad quẽ cõfugiam? Tu mihi pr̃. Tu mihi frat. Tu mihi blandus fili9 eras. Tu mee diuitie. Tu mee delitie. Tu mea glã. O me deſolatã que tm̃ filiũ in cruce uideo deficere. O amantiſſime fili Loquere mihi mr̃i tue. Loquere ut audiam uocẽ tuã cigneo canore dulciorem. Loquere inq̃ ut ſic ſaltẽ audiẽs uerba tua patientior fiam ad tolerandã que me cruciat p amore tuo penã. Nõ deneges mihi qd poſtulo. Exaudi me & ṽbo tuo cõſolare ne deficiã ĩ hac tribulatione. O fili mi lumẽ oculoꝝ meoꝝ cõdeſcẽdiſti latroni miſericordit loquẽs ei. Acqeſce itaq uoto mr̃is tue. & dic mihi quid factura ſim. Cui me orphanã dereliqs? His aũt uel ſĩlibus querelis pulſabat meſtiſſima mr̃ aures afflictiſſimi filii ſui q nõ minorẽ penã expiebat in mẽte ꝓpt teneritudinẽ mr̃is q̃ ſentiebat in corpore a planta pedis uſq ad capitis uerticẽ uulnerato. Iõ ſm quẽdã deuotũ tacit9 in ſuo corde dicebat carmen illud uulgare

ſiue ei9 ſnīam. Matre mia bñdeta multo te uego afficta. El tuo lacrimare e una ſagitta. Che el cuor mio ha paſſato. Nō piagnere o mr̄e mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chio ſia da morte reſuſcitato. ¶ Scd̄o doluit chriſtus ꝓpt̄ recordationē. In talib9 nāq; myſteriis recordabat̄ & in ſeip̄o cōferebat.d. O mi mr̄ quō oīa gaudia que de me ſuſcepiſti conuerſa ſunt tibi ī merorē & luctū. Vbi nā ſunt angeli ī mea natiuitate cātātes? Vbi paſtores ad p̄ſepe uenientes? Vbi orietales reges ī cuna me adorātes? Vbi grata p.xxx.&.iii.ānos utriuſq; cōuerſatio & familiaritas? Vbi tot & tāta de me p̄dicata miracula ꝓpt̄ que oīa letabat̄ cor tuū? Heu me núc uides tm̄ filiū tuū factū in deriſum oī populo & abiectiſſimā mortē pati. ¶ Tertio doluit xp̄s ꝓpt̄ cōmēdationē.qn̄ apiēs os ſuū mellifluū dixit ei. Mulier ecce fili9 tu9.ſ. Iohēs euāgeliſta q ſecū iuxta crucē aſtabat. Et ut doc.dn̄t non uocauit eā mr̄no noīe ſed cōi ne ex teneritudīe noīs mr̄ni ſi exp̄meret̄ aggrauaret̄ anım9 ei9. Deinde cōmendās eam diſcipulo dixit Ecce mr̄ tua. Quaſi dicat. Deputo te ad eius obſequiū. Et ex illa hora accepit eā diſcipul9 in ſuā.ſ.curā & diligentiā. O quot doloꝝ aculeis punctū fuit tunc cor uirgineū ex una ꝑte cū mulieris nō mr̄is audiuit uocabulū lȝ ex ꝑte altera aliq̄lr cōſolaret̄ quia fili9 amātiſſim9 ei9 Ieſus eā cōmēdauerat dilecto diſcipulo. Ideo Aug9 ait ſup hoc paſſu Io. Ex illa hora ₰c. Hec nimiꝝ eſt illa hora de qua Ieſus aquā cōuerſurus in uinū dixerat mr̄i. Quid mihi & tibi ē mulier. Nondum uenit hora mea Tunc.n.dīna factur9 nō dīnitatis ſed infirmitatis mr̄eȝ uelut īcognitā repellebat. Nunc aūt hūana iā patiēs ex quo fuerat fact9 hō affectu cōmēdabat hūano. Moralis igit̄ inſinuat̄ loc9 & exēplo ſuo inſtruit p̄ceptor bon9 ut a filiis piis impendat̄ cura parētibus tāq̄ lignū illud ubi erāt fixa mēbra moriētis eſſet cathedra mag̃ri docentis.

¶ Q. xp̄s uehemēt̄ doluit in clamatiōe ꝓpt̄ mundi horrorē ꝓpt̄ ſui cōfuſionem & ꝓpt̄ patris derelictionē.

Tertii articuli p̄m9 dolor.

PRim9 dolor tertii articuli dr̄ clamatiōis.on̄dit enī in clamore ſuo īmenſitatē doloris & potiſſimū ꝓpt̄ tria. ¶ Primo ꝓpt̄ mūdi horrorē. ¶ Scd̄o ꝓpt̄ ſui cōfuſionē. Tertio ꝓpt̄ p̄ris derelictionē. ¶ Primo on̄dit xp̄s īmenſitatē doloris ī mūdi horrore.qn̄.ſ.inſenſibiles creature crudelitatē que in ip̄m fiebat horrentes mō ſuo patiēti Ieſu cōpati uiſe ſunt. A ſexta nāq; hora tenebre facte ſunt ſup uniuerſā terrā uſq; in horā nonā. Et ut Lucas inq̄t. Sol obſcurat9 ē & uelū tēpli ſciſſū ē in duas ꝑtes a ſummo uſq; deorſū & petre ſciſſe ſunt. & terra mota ē Vbi app̄et ꝑturbatio corpoꝝ ſup̄ioꝝ p̄mo.deinde īferioꝝ. Qualit̄ autē fuit illa tūc ſolis eclipſis doctores uarie ſunt opinati. Hiero9 nanq; dixit. q̄ ille tenebre fuerūt facte ꝑ retractionē radioꝝ ſolis dīna uirtute. Origenes autē

De solis eclipsi diuerse opiniones.

dixit ꝙ hoc factū ē ꝑ impositionē nubiū densaꝝ. Sed in hoc magis credendū ē Dionysio ariopagite ꝗ dicit ī epl'a ad Polycarpū hoc fuisse ꝑ interpositionem lune int' terrā & solē sicut fit ī eclipsi solis. Et ibidē dicit ꝙ ipē hͦ uidit tūc exn̄s ī egypto ubi ē aeris puritas. Vidit igit' lunā ab oriēte ascēdētem uersꝰ meridiē & supponētem se soli. Hieroꝰ aūt & Origenes n̄ loquūt' de illa eclipsi asserēdo ꝙ sic fuerit ut dicūt sed ꝙ potuit sic fieri. Quare sequēdo Dionysiū dicimꝰ. ꝙ illa eclipsis nō potuit esse natalis sed miraculosa & hoc multiplicit'. Primo quia lūa erat. xv. & tūc distat a sole ꝑ diametꝝ celi. Eclipsis aūt sol' nō pōt fieri naturalit' nisi tēpore cōiunctionis solis & lune ꝓpt' qd' dicit Dioꝰ ꝙ mirabat' quia nō erat tēpus cōueniēs ad talē cōiūctionē. ¶ Scd'm miraculū fuit ꝗa trāsacta eclipsi lūa rediit ad oriētem ita ꝙ in uespe fuit in oriente sole exn̄te in occidēte & sic orbes eoꝝ sunt ad p̓stinū statū restituti. ¶ Tertiū miraculū fuit ꝗa ꝑs orientalis solis p̓mo fuit obscurata & iteꝝ ultīo illuminata. cōtrario aūt mō fit ī eclipsi naturali Quartū miraculū fuit ꝙ luna fuit īmobilis sub solē ꝑ tres horas. In naturali uero eclipsi cōtinue mouet' sub sole ut etiā refert Chrysoꝰ. ¶ Quintū miraculū fuit ꝗa illa eclipsis abstulit lumē uniuersis ꝑtibꝰ terre lꝫ aliꝗ hoc uelīt ītelligi tantū de terra Iudee. Veꝝtn̄ ut apparet ex dictis Dionysii fuit in egypto fuit ī grecia & fuit Rome & sic in aliis mūdi ꝑtibus. Vn̄ Horosius ait. Cū dn̄s patibulo affixꝰ ē maximo terremotu ꝑ urbē Romā facta saxa in mōtibꝰ scissa maximaꝝꝙ urbiū plurime ꝑtes plus solita concussione ceciderēt. Eodēꝗ die ab hora diei. vi. sol in totū obscuratꝰ ē tetra nox subito obducta terris ē adeo ut stellas tūc diurnis horis uel potius in illa horrenda nocte toto celo uisas fuisse referat'. Eusebius etiam in chronica asserit se legisse ꝙ tūc in Bithinia que ē ī Asia fuit magnus terremotus & maior sol' obscuratio ꝗ̄ ūꝗ̄ fuerit. & ꝙ dies hora sexta ī tenebrosā noctē uersus sit ita ut stelle uiderent' in celo. & ꝙ in Nicea que est urbs Bithinie multas edes terremotꝰ subuertit. De illiꝰ eclipsis miraculo Dioꝰ in epl'a ad Apolophanium ꝗ secū erat in egypto illo tēpore pꝰea sic scripsit. Cū reꝑiꝰ ꝗa & erat notissimū solem pati molestias non debere aio ad te uaste peritie sacrariū. adhuc nescimus tante rei mysteriū. Quid inꝗ̄ speculum doctrine Apolopani his secretis ascribis atꝗ tu mihi ore dīno & nō hūani sensꝰ sermone? O bone Dionysi dīnaꝝ ꝑmu-tationes sunt reꝝ. In historia uero scholastica legit'. ꝙ ph'i ad hoc adducti sūt ut dicerēt. Aut deꝰ nature patit' aut ordo nature ꝑuertit'. De turbatione corporū īferioꝝ clara sunt oīa tm̄ de uelo sciēdū ē scd'm Nico. de lira. ꝙ erat iuxta tēplum int' sanctū & sanctū sanctoꝝ. Cuiꝰ scissio significauit īpletionē ueritatis ī morte christi que latebat in figuris ueteris testi. ¶ Scd'o fuit īmensus dolor xp̄i ꝓpt' sui cōfusionē qn̄ cōsiderabat ꝗ̄ cōfusibilit' patiebat' ꝗa ꝑcedēti dn̄ica ab oī ppl'o

ita uenerabilit᷑ fuerat ſuſcept⁹.Erat etenĩ paſſio ei⁹ ignomĩoſiſſima & deſpecta ualde de qua alias deo dãte ſuo loco dicem⁹. ¶ Tertio ĩmenſ⁹ fuit dolor chriſti ꝑpt᷑ pr̃is derelictionẽ. Iõ clamãs circa horã nonã uoce magna dixit. hely.hely. lamazabathani? Qđ ẽ ĩterꝑtatũ hely.i.de⁹ me⁹.lama.i.q̃re.zabathãi.i.dereliq̃ſti me? Vbi gloſa.dr̃ de⁹ eũ deſeruiſſe in morte q̃a poteſtati ꝑſequentiũ eũ expoſuit.Subtraxit.n.ꝓtectionẽ ſed non ſoluit unionẽ. Quidam autẽ illic ſtantes.ſ. milites Romani ſcđm Hiero.idioma hebraicũ ignorãtes dicebant. Heliã uocat iſte. At & mat᷑ uerba illa audiens & ĩtelligens illoꝝ q̃ uim cõſiderãs undiq̃ experiebatur merorem.

¶ Q xp̃s uehemẽt᷑ doluit in potatiõe ꝑpt᷑ amaricationẽ ꝑpt᷑ pctõꝝ obſtinationẽ ꝑpt᷑ q̃ mr̃is lamẽtationẽ.

Tertii articuli ſcđs dolor.

SCđs dolor tertii articuli dr̃ potatiõis.qñ iteꝝ clamans dixit.Sitio.oblataq̃ fuit ori ei⁹ ſpõgia potu amariſſimo repleta.¶Tũc doluit xp̃s ꝑpter tria.¶Primo ꝑpt᷑ amaricationẽ. Scđo ꝑpt᷑ pctõꝝ obſtinationẽ.¶Tertio ꝑpter mr̃is lam̃tationẽ.¶Primo doluit xp̃s ꝑpt᷑ amaricationẽ q̃a ſpõgia illa ori ei⁹ ſic appoſita amaricauit labia & ei⁹ linguã. Quare iteꝝ clamãs dixit. Conſumatũ ẽ .ſ.totũ iã corp⁹ meũ dolorib⁹ & paſſionib⁹ circũdatũ ẽ.Nã lingua que ſine leſione huc uſq̃ fuerat reſeruata mõ amaritudine ẽ repleta. Vel cõſumatũ ẽ myſtice intelligẽdo op⁹ redẽptionis hũane. ¶ Scđo doluit uehem̃t᷑ xp̃s ꝑpt᷑ peccatoꝝ obſtinationẽ.Nõ enĩ min⁹ ſitiebat pctõꝝ ſalutẽ q̃ corporis ſui ĩ cruce extenſi & fatigati recreationẽ.Dicebat etenĩ ſitio.i.ſalutẽ oĩm q̃a ꝑ oĩbus patior ꝑ oĩbus ſanguinẽ meũ pr̃i offero ꝑ oĩbus morior.Venite ad me oẽs corde compuncti & emẽdatione ac correctiõe ur̃a recreate mẽtẽ meã.O q̃ grauis tũc illi⁹ aĩm dolor urgebat cũ uidebat ĩnumeros eẽ q̃ a peccatis ad pniam nũq̃ redirẽt qb⁹ nec paſſionis ſue uirtus ꝑpt᷑ eoꝝ duritiã eſſet ĩ aliquo ꝓfutura.Vt.n.dñt theologi licet xp̃i paſſio ſufficientiſſima fuerit ꝑ ſalute oĩm,tñ illi⁹ effectũ nõ cõſequũt᷑ illi,q̃ peccata deponere nolũt.Quare cũ oĩb⁹ ꝓſit ſufficiẽt᷑,nõ tñ oĩb⁹ efficient᷑.Vnde ſicut erga xp̃m crudeles fuer̃t illi q̃ eũ potauer̃t felle & aceto,ita pctõres qui ad pniam redire nolũt.Audite illũ audite o peccatrices aĩe. ꝑ uobis clamat amoroſiſſim⁹ Ieſus ꝑ uobis dicit.Sitio.Cur ergo ſaxea corda nõ rũpitis? Cur tam clementiſſimo dño nõ cõpatimĩ.Hinc Ber.ait.Aſcẽdit in altũ crucis ut ab omnibus uideret᷑.uoce magna clamauit ut ab oĩbus audiret᷑.clamori lacrimas addidit,ut ei hõ cõpateret᷑.Qui ad ei⁹ uocẽ nõ excitat᷑.ad clamorẽ nõ cõpungitur. grauior eſt terra & fetidior ſepulchris. ¶ Tertio doluit xp̃s uehem̃t᷑ ꝑpt᷑ mr̃is lam̃tationẽ. Potuit igit᷑ tũc uirgo benigna filiũ audiẽs ĩ cruce dñtẽ. Sitio. multis ſingultibus lacrimis ac ſuſpiriis dicere.Heu heu me. Quid uideo? Quid audio? O uniuerſe

251

Nota ſupra Heli, eli etc.

Paſſio xp̃i quare nõ oĩbus prodeſt.

Prodeſt oĩb ſufficienter nõ tamẽ oĩbus efficienter.

D. Bernardi pulch[rum] dictum

Optima commendatio B. Marię erga filium uide per tot[um].

255

creature celi & terre admiramini pauptatē filii mei. Ipe.n.q diuitatⁱˢ sue potētia saciat angelos pascit etiam ꝓuidētia sua uolucres celi & pisces maris bestiasq; ac uniuersa pecora cāpi atq; hoib⁹ cūctⁱˢ quottidianū panē distribuit clamat ī cruce sitio & denegatᵘʳ sibi paululū aque īmo tribuitᵘʳ sibi pot⁹ amarissimus. O fili fili fili mi amorosissime. Cur tibi de meo pectore lac illᵈ porrigere nō ualeo qᵈ totiēs dū puul⁹ eras suxisti? O fili mi. Cur nō possum tibi ministrare in cruce sitienti cibū & potū quē colo & acu ita diligentᵉʳ dū ī etate infātili eras acqrebā? Poterat etiā tūc illa feruentissima Magdalena & ipa flendo dicere. O mgr̄ care. O mgr̄ bone. Et cur ego indigna tua discipula in hac tanta necessitate tibi subuenire nō possum? O dānata seuitia iudeorū. Cur tanto furore inflāmaris aduersus dn̄m & mgr̄m meū? Que oia ipi dn̄o Iesu ad dolorē accedebāt.

¶ Q; xp̄s uehemēᵗ doluit cognoscēs generalē scādalizationē. iudeoꝝ igratitudinē. & mltoꝝ icōpassionē. Tertii articuli terti⁹ dolor.

TErti⁹ dolor tertii articuli dr̄ cognitiōis. Doluit etiā sūmope Ies⁹ noster amorosissim⁹ ꝓpᵗ suā sciētiā & cognitionē. Quia ut inqt sapiēs ecclesiastes pmo. Qui addit sciām addit & dolorē. Et lʒ oia xp̄s cognosceret presentia pterita & futura. ueꝝtñ in cruce posit⁹ cognoscebat & cōsiderabat pcipue tria unde tristabatᵘʳ atq; dolebat. Primo generalē scādalizationē. Secūdo iudeorum igratificationē. Tertio multoꝝ icōpassionē. ¶ Primo cognoscebat generalem scādalizatiōeʒ. Videbat utiq; q uirgie mr̄e dūtaxat excepta in qua sola ut doct. dn̄i remāsit fides dīuitatis sue ceteri oēs a fide defecerāt. Nā apl̄i & oēs discipl̄i uidētes ignomiaʒ crucis putauerīt eū puꝝ hoieʒ & nō deū. ¶ Scdo cōsiderabat xp̄s & cognoscebat iudeoꝝ ingratificationē de quoꝝ igratitudie dolens ī seipo dicebat illud qᵈ eccl̄ia hodie decātat. Popule me⁹ qd feci tibi aut in quo contristaui te? rn̄de mihi. Ego ꝓpᵗ te flagellaui egyptū cū pmogenitis suis & tu me flagellatū tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso Pharaone ī mare rubrum & tu me tradidisti pncipibus sacerdotū. Ego an̄ te piui in colūna nubis. & tu me adduxisti ad ptoriū Pilati. Ego te paui manna p desertū. & tu me cecidisti alapbis & flagellˡ. Ego dedi tibi sceptꝝ regale. & tu mō capiti meo coronā spineā. Ego ꝓpᵗ te Chananeoꝝ reges pcussi. & tu pcussisti arūdine caput meum. Ego te exaltaui magna uirtute. & tu me suspendisti ī patibulo crucis. ¶ Tertio cognoscebat & considerabat xp̄s ī cruce mltoꝝ icōpassionē. Sciebat etenī quotquot futuri erāt q nō solū sibi cōpati nō debebāt ueꝝ etiā & crucē ipam & passionem ipius forent derisuri. Verbū nāq; crucis ut apl̄s inqt pereūtibus qdem stultitia ē. O quot inumerabiles ut sic dicā uiri & mulieres intᵉʳ xp̄ianos repiunᵗᵘʳ q hodie passionē xp̄i recolētes nec mīma pietate flectunᵗᵘʳ. nec curant dare operam ut in

Lamentū xp̄i, qd nemo in sua passione sibi compatitur. nota per totum usq. in fine.

cōmemoratione tāti mysterii & si nō oculis corporis saltē oculis mētis fleant & lacrimēt. Quīimo multi sunt q aut luxuria aut auaritia aut supbia excecati dn̄m Iesum xp̄m hn̄t i derisū. rurs9 sibi crucifigētes filiū dei. p qb9 oib9 ip̄e mitissim9 dn̄s sua caritate dolere attrahebat̄ uehemēter.

¶ Q xp̄s uehemt̄ doluit dū iclinato capite emisit sp̄m. & de lamentatione matris eius. Tertii articuli dolor q̄rtus.

QVart9 dolor tertii articuli dr̄ sepatiōis. Doluit dn̄s Iesus xp̄s dū clamās ad p̄rem dicēs. In man9 tuas cōmendo sp̄m meū iclinato capite tradidit sp̄m. Vbi Cryso9 ait. p hoc q moriēs uocē emisit magnā aptissime se uerꝝ deum esse oñdit. Qm̄ hoies cū moriūt̄ uix tenuē uocē emittere pn̄t. Caput aūt inclinauit ut ex mō moriēdi oñderet q moriebat̄ ex obediētia p̄ris. Compbata aūt fuit ueritas mortis ei9 ut pꝫ ex textu euangelii. Iudei. n. qm̄ parasceue erat. i. dies ueneris in cui9 uespera incipit solemnitas sequentis sabbati ut non remanerēt in cruce corpora sabbato. Erat. n. m agn9 dies ille sabbati & pp̄t se & pp̄t pasce solēnitatē Rogauerūt Pilatū ut frāgerent̄ crucifixoꝝ crura & de cruce tollerent̄ eoꝝ corpora. Venert̄ ergo milites & fregert̄ crura latronū. Ad Iesum autem cū uenissent ut uidert̄ eū iā mortuū non fregerūt ei9 crura. Sed un9 militum lancea lat9 ei9 aperuit. & cōtinuo exiuit sanguis & aq̄. Sanguis ad nr̄am redēptionem. Aqua ad pc̄tōꝝ ablutionē. Sciēdū tn̄ scd̄m Tho. iii. pte. q. lxvi. ar. iiii. in rn̄sione ad tertiū argum̄tū. q aqua illa nō fuit humor fleumatic9 ut qdā dixert̄ sed aqua miraculose egrediēs a corpore mortuo. sicut & miraculose pdiit sanguis ad compbandā ueritatē dn̄ici corporis cōtra Manicheoꝝ errorē ut. s. p aquā que ē unū ex q̄tuor elem̄toꝝ numero. corp9 xp̄i uere fuisse compositū ex q̄tuor elementis. Per sanguinē uero oñderet̄ eē cōpositū ex q̄tuor humorib9. Itaq post tot labores cruciat9 & penas rex angeloꝝ & dn̄s in crucis supplicio fuit extictus. O quale nouū. Quo merito p amore & pietate tāti dn̄i oēs hoies lugere debent senes & iuuenes mulieres & uiri. Moueri siqdē debēt eoꝝ corda cū intuent̄ mortuū inter latrones benignū Iesum & m̄rem semiuiuā int̄ brachia Magdalene & Iohis ac aliaꝝ mulieꝝ deuotaꝝ cadentē. O q̄ dur9 eēt q tē p aret a lacrimis uidens uirginē illā iuxta crucē interfectū filiū lam̄tantē. P uto q p̄ lacrimis & clamoribus p̄cedentib9 rauce facte fuerāt fauces ei9. Tn̄ uoce qua poterat clamās dicebat. O fili mi uita angeloꝝ qūo extinct9 es & ampli9 nō loqueris. O fili mi lumē oculorū meoꝝ. Quis mihi det ut moriar p te? O fili mi in cui9 cōceptu ptu & ortu tantā suscepi leticiā. qūo oia mihi uersa sunt in tristitiā. O p̄r eterne defleo & plango unigenitū filiū tuū ac meum. & p̄ dolore q̄si deficio. Adiuua me & quasi dolore mortue mihi succurre. O Gabriel angele. Et ubi sunt uerba que mihi dixisti?

252

Eius exiuit sang et aqua

Med. deuot. super lament. B. M. V. iuxta crucem. nota uirginis

256

Dixisti nāq; mihi aue.i.sine ue & hodie circūdedērt me angustie undiq;. Dixisti mihi q erā plena grā & hodie plena sum tot tribulationibus. Dixisti mihi q erā in mulierib9 bñdicta & hodie sū a iudeis maledicta. Dixisti mihi q erat benedict9 fruct9 uētris mei. & ecce fact9 ē hodie crucis maledictū. O me miseram tot penis atrocissimis agitatam. Fleuit ergo hodie xp̄s saluator nr̄ in cruce. Fleuit mr̄ eius Maria pctoꝝ oīm aduocata. Fleuit Magdalena. fleuit Iohes. fleuit Petr9. fleuere discipli ceteri. fleuit sol dū obscurat9 ē. fleuit terra dū cōtremuit. fleuit tēpli uelū dū scissū ē. fleuerūt saxa dū sunt scissa. fleuere sepulchra dum sunt apta. Plange ergo & tu o pple xp̄iane. & dū passionem xp̄i commemoras age ei quas potes totis uiribus grās ut sic ipe pticipes nos efficiat meritis sanctissime passionis sue q cū pr̄e & .s.s. uiuit & regnat de9 p imortalia scloꝝ scla. Amē.

¶ Sabbato sancto de sepultura corporis xp̄i & ei9 morte quā semp animo reuoluere debemus. Sermo .lxx.

ERat.n.magn9 dies ille sabbati. Scribunt hec uerba Io. ix.c. Deuotissimus hic dies sabbati pia deuotiōe a nobis ē recolēd9 in quo dñi nostri Iesu xp̄i mors occurrit nō imerito cōtemplāda. Dixim9 nāq; i pcedenti sermone q̄tis dolorib9 agitat9 xp̄s crucē p nobis cōscēdit. Ibiq; tradidit spm. nūc uero ad declarāda sue mortis mysteria dirigend9 est stil9. Neq;.n.quicq aut deuoti9 aut cōueniēti9 meditari hodie fideles possent. Propterea magn9 dicitur dies iste sabbati non solū scdm lrale itellectū iudeoꝝ ueꝝ etiam scdm mysticum spūalemq; itellectū. Magnificauit.n.illū xp̄s bñdict9 p mortē & sepulturā suā de qua loqui uolētib9 tria mysteria se ingerūt declarāda.

¶ Primū ē ex pte carnis
¶ Scdm ex parte anime.
¶ Tertiū ex pte sepulture.

¶ An caro xp̄i fuerit mortua. & an fuerit a dīnitate separata & utꝝ p mortē carnis sit mors attribuēda psōe Vbi. Caplm.i.

PRimū mysteriū declarādū de morte xp̄i est ex pte carnis circa quā tripliciter dubitare cōtingit. ¶ Primo circa mortificationē. ¶ Scdo circa separationē. Tertio circa attributionē. ¶ Primo cōtingit dubitare circa mortificationē. Vtꝝ.s.per sepationē aie a corpore xp̄i caro ei9 fuit mortua. Et q sic p3 quia i symbolo dr̄ de xp̄o q mortu9 ē & resurrexit. Et hº cātat ecclia cū dic. Ipe.n.uer9 ē agn9 q abstulit peccata mūdi. q mortē nr̄a3 moriēdo destruxit & ui.re.repauit Dn̄s aūt Boñ.di.xxi.tertii dicit. Q caro illa fuit mortua eo q caruit usu & complemēto uite. Res.n.corporalis nō ē uiuificabilis nisi ab aliq forma spūali ipsa3 cōplēte & sibi pportionabili. Qm̄ ergo in ip̄a sepatione aie caro xp̄i caruit h9i forma iō uere mortua fuit. Et q̄uis hr̄et dīnitatē unitā non tñ ab ea uiuificabat nō ppt defectū a pte uiuificātis sed pter improportionē a parte uiuificabilis.

¶ Sc͂do cõtĩgit dubitare circa ſeparationẽ.utꝝ.ſ.in morte caro xp̃i fuerit a diui
nitate ſeꝑata.Et reſpõdẽt doc.ꝙ nõ.Vnd̾ Leo p̃p̃ i ſermõe iq̃t.Tãta ẽ unio dei
& hoĩs ut nec ſupplicio poſſet dirimi nec morte diſiũgi.Et Augꝰ cõtra Felicia-
nũ.Chriſtꝰ i ſupulchro carnẽ ſuã nõ deſeruit Que uerba magr̃ ſen.ponit in lit-
tera di.xxi.tertii.q̃re aũt nõ fuit dĩnitas a carne ſeꝑata ſc͂d̾m Boñ.põt eſſe ratio
triplex uidelicet liberalitas ex ꝑte aſſumẽtis.dignitas ex ꝑte aſſumptibil̾ & uti
litas ex ꝑte aſſumptionis.liberalitas inq̃ ex ꝑte aſſumẽtis ꝗa quãdo deꝰ dat ali
qd̾ donũ nõ ſubtrahit illud ſine culpa.Si ergo nulla culpa ĩteruenit nõ decuit dĩ
nã liberalitatẽ carnẽ quã ſibi liberaliter uniuerat a ſe ſeꝑare.Dignitas etiam ex
ꝑte aſſũptibil̾ fuit i cã ꝗa ſicut caro illa ꝓpt̾ ſui dignitatẽ nõ debuit uidere cor
ruptionẽ ita nec ip̃am decuit a uerbo ſeꝑari.Vtilitas aũt ex ꝑte aſſumptiõis ad
hoc ip̃m faciebat Ad hoc.n.fiebat illa unio dĩnitatꝭ ad humanã naturã & carnis
ad aĩam ut ꝓcuraret̾ nr̃a ſalꝰ.& qm̃ ſeꝑatio aĩe a carne ordĩabat̾ ad hoc ut noſtra
ſalꝰ ꝓcuraret̾.ſeꝑatio aũt carnis a dĩnitate ad nihil utilis erat iõ firmit̾ ẽ tenẽdũ
ꝙ nũq̃ dĩnitas fuit a carne illa ſanctiſſĩa ſeꝑata ¶ Tertio cõtingit dubitare cir-
ca attributiõeꝫ.Vtꝝ.ſ.ꝓpt̾ mortẽ carnis ſit mors ꝑſõe ṽbi attribuẽda.Et rñdẽt
doc.theologie ꝙ abſq; dubio cõcedẽdũ ẽ filiũ dei ꝑ nobis fuiſſe mortuũ ꝑ ut in
ſymbolo dr̃.Qd̾ etiã Ambroꝰ exp̃ſſe teſtat̾.d. Tantũ fuit pc̃m̃ nr̃m ut ſaluari
nõ poſſemꝰ niſi unigenitꝰ dei filiꝰ moreret̾ ꝑ nobis debitoribꝰ mortis.hoc autẽ
ſibi uere attribuit̾ nõ ſc͂d̾m naturã dĩnã ſed ſc͂d̾m hũanã nõ ꝑ eeñam aut ꝑ inhe
rentiã ſed ꝑ idiomatũ cõicationẽ. & hoc in nullo derogat dĩne dignitati & mul-
tũ cũſonat pietati.Nullũ.n.uerbũ maioris dignatiõis & clementie reſonare põt
in auribus cordis nr̃i q̃ ꝙ unigenitꝰ dei filiꝰ ꝑ nobis ſit mortuus.qd̾ ut p̃dictũ eſt
ĩtelligi dꝫ nõ ſc͂d̾m naturã dĩnã ſꝫ hũanã ꝑ idiomatũ cõicatiõeꝫ ꝗa ut inq̃t Augꝰ
qué magr̃ inducit in textu.Si q̃s dixerit atq; crediderit deum paſſum anathã ſit.

¶ An anima xp̃i fuerit a carne ſeꝑata etiã ſeꝑata dĩnitate.& an pꝰ iſtãs ſeꝑa-
tionis ſit effecta ĩpaſſibilis & an ex benignitate deſcẽdit ad iferos. Ca.ii.

SCd̾m miſteriũ declarandũ de morte xp̃i ẽ ex ꝑte aĩe. Circa quã adhuc
cõtingit triplicit̾ dubitare ¶ Primo circa ſeꝑabilitatẽ. ¶ Sc͂do circa ĩpaſſi
bilitatẽ. ¶ Tertio circa benignitatẽ ¶ Primo cõtĩgit dubitare circa ſeꝑabilitatẽ
An.ſ.aĩa xp̃i a carne ſeꝑata fuerit etiam ſeparata diuinitate. Et reſpõdet magr̃
ſen.quem ſequũt̾ ceteri theologi di.xxi.ꝙ ſicut nunq̃ fuit dĩnitas ſeꝑata a carne
ita nec ab aĩa.Vñ Io.Dama.inq̃t. Si mortuꝰ ẽ ut hõ & ſancta illa aĩa ab eius cor
pore diuiſa ẽ,dĩnitas tñ inſeꝑabilis ab utroq; ꝑmanſit. Rõ aũt huiꝰi inſeꝑabilitꝭ
ſc͂d̾m Boñ.põt eſſe triplex.Prima ꝗa deũ nõ decebat q̃ indiſſolubili mr̃imonio
aĩam illã ſibi copulauerat.Vñ ſicut nõ decet uirũ reliquere uxorẽ ſic non decuit

uerbũ ab aĩa separari. ❡ Scd̃a rõ ẽ qa ñ nobis expediebat eo ꝙ si facta fuisset se
paratio a : illa nõ habuisset potẽtiã ad eperiẽdũ gen⁹ captiuũ nec mediatricis
effectũ ad recõciliãdũ & neutꝝ erat nobis expediẽs. ❡ Tertia rõ ẽ qa aĩe illi non
cõgruebat. tũ qa erat ĩnocẽtissima. tum qa erat beatissima. qa. n. beatissima erat
nolebat a uerbo separi & qa ĩnocẽtissima nõ poterat cõtra uolũtatẽ suam separi
ab eo qa aĩa punita fuisset sine culpa. Hic Dama. ait. Anathema sit q dĩc uerbũ
deposuisse qd̃ semel assumpsit. Sed cõtra hoc aliq instant obiiciẽtes illud Io. x.
Potestatẽ habeo ponẽdi aĩam meã & iteꝝ sumẽdi eã. Ergo si iste sermo ẽ psõe
fili dei. uidet̃ ꝙ filius dei aĩam deposuit in morte. ergo in morte aĩa fuit a uerbo
separata. Ad hoc rñdet Aug⁹. ꝙ uerbũ illud est psone filii dei rõe carnis assum
pte. Erat. n. in potestate eius separe aĩam a corpore & iteꝝ corpori illã reunire.
Iõ aliud ẽ ibi deponẽs. aliud unde deponit. deponẽs ẽ uirt⁹ dĩna. unde deponit
ẽ corp⁹. ❡ Scd̃o cõtingit dubitare circa impassibilitatẽ. utꝝ aĩa xp̃i p⁹ instãs se
patiõis ĩpassibilis sit effecta. Ad qd̃ rñdet Boñ. ubi sup̃ ꝙ ex certitudine aucto
ritatis hoc nõ ẽ determinatũ. sicut etiã mag̃r tãgit ĩ. iii. di. xviii. ueꝝ tñ ꝓbabile ẽ
& rõi magis cõsonũ. ꝙ stati p⁹ sepationẽ habuit ĩpassibilitatẽ. Si. n. nõ patiebat̃
aĩa xp̃i nisi dispẽsatiue & ꝑpt̃ nr̃am salutẽ si iã nõ erat tẽp⁹ & loc⁹ merẽdi iam
anima xp̃i nõ debebat nec poterat pati nec solũ de aĩa xp̃i ꝓbabile ẽ ꝙ statim
post sepationẽ a corpore facta sit ĩpassibilis sed etiã de q̃libet aĩa uiri sancti in
qua nõ repit̃ reatus alic⁹ peccati. Et si diceret̃ cur caro xp̃i nõ fuit ĩpassibil̃ facta
ante resurrectionẽ sicut & aĩa. Respondet Boñ. ꝙ hoc fuit ex duplici cã. Prima
qdẽ qa anima ꝓpĩquior erat gl̃ie q̃ caro. Erat. n. beata scd̃m aliq̃ sui partẽ. Scd̃a
uero causa qa dilatio ĩpassibilitatis in carne faciebat ad fidei nr̃e cõfirmatiõem
uidelꝫ ut oñderet̃ xp̃s ueracit̃ pass⁹ & mortu⁹ fuisse. nõ sic dilatio ĩpassibilitatĩ ĩ
aĩa iõ magis dilata fuit impassibilitas corporis q̃ ĩpassibilitas aĩe ex dispẽsatiõe
diuina. ❡ Tertio cõtingit dubitare circa benignitatẽ. utꝝ. s. ex benignitate aĩa
xp̃i descẽdit ad iferos. Et ꝙ sic pꝫ qa in symbolo apl̃oꝝ dr̃. Descẽdit ad inferos
& act. ii. Hunc deus suscitauit solutĩ dolorib⁹ inferni. Et Io. Dama. ait. Descẽdit
ad inferna aĩa deificata ut queãdmodũ his q in terra sunt ita & his q in tenebrĩ
& umbra mortis sedẽt suplucescat. ❡ Sciẽdum tñ scd̃m Boñ. di. xxii. tertii li. ꝙ
nomine ĩferni aliqñ ĩtelligit̃ pena. aliquãdo loc⁹ pene. & scd̃m hoc dupliciter
põt aliqs dici descẽdere ad inferos. aut qa descẽdit ad penã. aut qa descendit ad
locũ pene. ꝑmo mõ nõ cõuenit xp̃o. in eo. n. nõ fuit pena dãni. nec fuit pena sẽ
sus. scd̃o mõ cõpetit xp̃o. Descendit. n. q̃tum ad illã ptem in qua erãt illi q deti
nebãt̃ merito peccati ꝑmi parẽtis que qdem ps consueuit limbus appellari. Ad
illã inq̃ partem descẽdit nõ cõpulsus necessitate sed sua uoluntate & potestate

Rō aūt q̃re uoluit deſcēdere ad eripiendos illos q̄ detinebāť ibi compediti cum
etiā poſſet facere hoc nō deſcēdēdo fuit duplex.uidelicet ꝑpť cōſolatiōeꝫ uin-
ctoꝝ & ꝑpť cōfuſionē eduerſarioꝝ.ꝑpť cōſolationē uinctoꝝ. q̄a magna fuit eis
cōſolatio de pñtia ip̄i⁹ aīe Ieſu xp̄i & maxīa fuit dignationis oñſio in hoc ꝙ ipſe
ꝑſonaliť uoluit deſcēdere ad eos.Fecit etiā hoc ꝑpť cōfuſionē aduerſariorū ut
ip̄i demones cōfūderenť ex ſua pñtia.& ſicut uicerat eos in terra in natura aſſū-
pta ſic aīa ei⁹ de eiſdē triūpharet ap̄ īferos de eiſdē ip̄os īuitos expoliādo. De-
ſcendit itaq̧ illa aīa ad cōſolādos ſanctos p̄res ad letificādos & beatificādos .ui
derūt nāq̧ q̃primū illis ſe pñtauit dīnitatē ei⁹. Vnde in loco infernali exiſtētes
habuerūt ꝑadiſum & aptā dei uiſionē que nō ē aliud q̃ uita eterna. Sed adhuc
q̄s querere poſſet utꝝ aīa xp̄i morā cōtraxit in īferno uſq̧ ad horā reſurrectiōis
Et reſpōdꝫ Bon. & Ric.ubi ſup̄ & Tho.iii.ꝑte.q.liii.Q̄ ſicut xp̄s ut nr̄as penas
in ſe ſuſciperet uoluit corp⁹ ſuū ī ſepulchro poni ita etiā uoluit aīam ſuā ad īfer
nū deſcēdere corp⁹ aūt eius māſit in ſepulchro per diē integꝝ & duas noctes ad
cōprobādā ueritatē mortis ſue. Vnde etiā tātundē credendū ē aīam ei⁹ fuiſſe in
inferno ut ſimul aīa ei⁹ educereť de īferno & corp⁹ de ſepulchro.Ex quo Aug⁹
.xviii.li.de ci.dei.c.xliiii.ait.ꝓpheta ī uētre ceti triduo fuit & tñ illū ſignificauit
in profundo inferni triduo futuꝝ q̄ dñs ē oīm ꝓphaꝝ. Et in li. de fide ad Petrū
de anima xp̄i loquēs dicit.Ip̄a de inferis die tertio reuertēte idē de⁹ ſcđm carnē
qua in ſepulchro iacuit de ſepulchro reſurrexit.Sed nonnulli arguunt q̄a Luce
.xxii.xp̄s dixit latroni.hodie mecū eris in ꝑadiſo.ergo uideť ꝙ aīa xp̄i illa die q̃
mortu⁹ ē fuit in ꝑadiſo & ſic deſcēdens ad infernū nullā moram ibi cōtraxit.Ad
qđ rñdet Aug⁹ exponēs ūbū p̄dictū. ꝙ noīe paradiſi nō intelligiť ibi loc⁹ em-
pirei nec loc⁹ ꝑadiſi terreſtris ſed ip̄a aperta & clara uiſio ip̄ius dei.De hoc uero
deſcēſu xp̄i ad inferos ſic pulchre loq̄ť Aug⁹ in quodā ſermone.Mox ut chriſt⁹
ſp̄m tradidit unita ſue dīnitati aīa ad infernoꝝ ꝓfūnda deſcēdit.Cūq̧ tenebra-
rū terminū q̃ſi q̄dē dep̄dator ſplēdid⁹ ac terribilis attigiſſet aſpicientes eū ip̄ii
ac tartaree legiones territi īq̄rere ceꝑunt.d. Vñ eſt iſte tā fortis.tā terribilis.tā
ſplēdid⁹.tā p̄clar⁹? Mūdus ille q̄ nobis ſubdit⁹ fuit nūq̄ nobis talē mortuū mi-
ſit.nūq̄ inferis talia munera deſtinauit.Quis ergo iſte q̄ ſic intrepid⁹ nr̄os fines
īgrediť & nō ſolū nr̄a ſupplicia nō uereť.ueꝝ etiā & alios de uinculis nr̄is abſol
uit? Ecce ip̄i q̄ ſub noſtris ſolebāt ſuſpirare tormētis īſultāt nobis de ꝑceptione
ſalutis.Et nō ſolū iā nihil uerēť ſed inſuꝑ nobis minanť.Nūq̄ hic ſic mortui ſuꝑ
bierūt nec aliq̄n ſic leti potuer̄t eſſe captiui.Vt q̄d huc iſtū adducere uoluiſti.o
p̄nceps nr̄? Periit oīs letitia tua in luctū cōuerſa ſunt gaudia tua. dū tu chriſtū
ſuſpēdis in ligno ignoras q̃ta dāna ſuſtineas ī īferno. Poſt iſtas crudeliū uoces

infernaliũ ecce inumerabiles sctōꝝ pp̄ri lacrimabili uoce clamabant. Aduenisti redēptor mūdi aduenisti quē desiderātes quottidie expectabam⁹. Descēdisti ꝑ nobis ad inferos noli nobis deesse cū reuersus fueris ad supos. Ascende domine Iesu inferno spoliato & auctorē mortis suis uincul̄ irretito & redde iam letitiam mūdo. Succurre inqūt iam scenas extīgue penas & miserando resolue captiuos dū hic es absolue reos cū descēderis defende tuos. hec ille. O q̄ ingēti letitia aīarū ī limbo exn̄tiū tūc mētes ꝑfuse sunt cū uiderīt benignissimū Iesū tādiu expectatū tādiu desideratū tādiu deniq; acclamatū. Viderīt inq̄ aīaꝫ ei⁹ & diuinitatē cui erat unita. uiderūt xp̄m redemptorē mediatorem & glorificatorem suū. neq; loc⁹ ille etiā luce corporali ex p̄ntia aīe xp̄i illustrat⁹ ut Ric. dicit erat eis ampli⁹ penosus. Expectauerūt ergo ut p̄dictū ē aīe ille sancte cū summa letitia ī eodē loco tēpus resurrectionis xp̄i.

¶ Qualit̄ xp̄s depositus fuit de cruce. & de afflictione m̄ris ei⁹. necnō & de ei⁹ sepelitione. Capl̄m. iii.

TErtiū mysteriū declarādū de morte xp̄i ē ex ꝑte sepulture. Ad quā pie uolētes attēdere tria cōsiderare debem⁹. ¶ Primo subuētionē ¶ Secūdo afflictionē ¶ Tertio sepelitionē. ¶ Primo cōsiderare debem⁹ subuētionē qualit̄ .s. Ioseph ab Aramathia & Nicodem⁹ licentia a Pilato obtēta deposuerīt xp̄m de cruce. Ipsi. n. q̄ erāt discipuli occulti Iesu ferētes secum istrumēta uenerīt ad crucē ad cuius pedes iacebat mesta m̄r cū Maria Magdalena & Maria Iacobi & m̄re filioꝝ Zebedei & euangelista Ioh̄e ceterisq; mulierib⁹ que secute fuerant Iesum a Galilea ministrātes ei ut Mathe⁹ refert. Cū aūt Ioseph & Nicodem⁹ uirginē reuerēt̄ salutassent lacrimātib⁹ oculis ei dixerunt. Venimus o m̄r mesta ut filiū tuū & mḡrm n̄rm deponam⁹ de cruce recōdam⁹q; ut moris ē honorifice in sepulchro. O pietas cōmendabilis hoꝝ uiroꝝ nobiliū. O deuotio digna laudū Ioseph ab Aramathia q̄ a Pilato petiit ut sepelire posset preciosum corp⁹ Iesu Sꝫ si q̄s quereret q̄re ꝑ h⁹i licētia null⁹ ex. xii. accessit sꝫ solū iste Ioseph. R̄ndet Chryso⁹ q̄ null⁹ audebat sicut iste q̄ insignis iudeoꝝ erat & Pilato not⁹. Dicebat̄ etiā ille Ioseph ab Aramathia ex quo iā dixerat ut ait Beda ipsa est ciuitas que ꝑmo. Re. dr̄ Ramatha de qua fuit Samuel. ¶ Scd̄o cōsiderem⁹ afflictionē surgēs Maria m̄r cū anxietate multa brachia extendebat ut dilectū filiū tāgere posset. Et cū auulsi fuerīt claui de manib⁹ & pedib⁹ suscepit cū cōtristantiū auxilio eū int̄ brachia sua indeq; in terrā positū adorabat eū. Deinde cū multa caritate dolore mixta cōtractabat sua sanctissima membra tāgebat caput & spineā coronā extrahebat ab illo. osculabat̄ illud multiplicit̄ ꝑforatū & cruore respsuꝫ atq; dicebat. O caput dignū diademate & corona impiali q̄ turpit̄ coronatum te

uidi hucuſqꝫ corona ſpinea.inſpiciebat liuidā faciē & in illā merēs & ruēs oſcula
bat̃ eā atqꝫ ſubdebat. O decora facies & ſpecioſa nimis ex qua ꝑ tot ānos tantū
gaudiū ſuſcepi qūo facta es ut leproſa.Suſcipiebat deinde ꝑforatas manus amo
roſe oſculās illas referēs ſemꝑ piiſſima uerba cōpatiēde querele.Sic etiā & latꝰ
apertū tāgebat manu oſqꝫ illi applicabat. Fili īgēs mi ꝗ dira fuit crudelꝭqꝫ manꝰ
illa que te lācea ꝑforauit nec puto poſſet aliqˢ plene inueſtigare ꝗlr uirgo de-
poſitū de cruce filiū dolent̃ lamtabat̃.Magdalena etiā & Ioh̄ Ioſeph & Nicode
mꝰ ceteriqꝫ aſtātes ꝓ cōpaſſione flebāt & ipi. ¶ Tertio cōſideremꝰ ſepelitionē
ꝗlr hora cōpletorii iā īminēte Ioſeph & Nicodemꝰ inſtabāt ut corpꝰ ſepeliret̃.
Quare Nicodemꝰ ꝓtulit mixturā mirre & aloes ꝗi libras cētū & lꝫ tali unctiōe
a putrefactiōe cōſeruatia xp̄s nō īdigeret qm̄ corꝰ eiꝰ corrūpi nō poterat nec de
bebat.tn̄ Nicodemꝰ hoc nō ītelligēs ex deuotiōe ſua ad ungendū corꝰ xp̄i tulit
unctionē ꝑdictā.Accepūt ergo corꝰ Ieſu & ligauerūt cū lītheis.i.pānis lineis in
uuluerūt cū aromatibꝰ ſicut mos ē iudeis ſepelire.erat aūt in loco ubi crucifixꝰ ē
ortꝰ & ī orto monumētū nouū ī quo nōdū qſꝗ poſitꝰ fuerat.Ibi ergo ꝓpt̃ paſce-
uē iudeoꝝ qa iuxta erat monumētū poſuere Ieſū. que oīa in myſterio facta ſunt.
Nā ut inqt Tho.ſepeliri uoluit xp̄s rōnabilr̃. Prīo qdē ad cōprobandā ueritatē
mortis.nō enī aliqˢ in ſepulchro ponit̃ niſi q iā uere mortuꝰ ē.Vn̄ Pilatꝰ ut h̄et̃
Marci.xv.anꝗ cōcederet xp̄m ſepeliri diligēti inqſitiōe cognouit eū eē mortuū
Sc̄do qa ꝑ hoc ꝙ xp̄s de ſepulchro reſurrexit dat̃ ſpes reſurgendi ꝑ ip̄m his qui
ſunt ī ſepulchro ſm̄ illud Ioh̄.v. Oēs q ī monumētis ſunt audiēt uocē filii dei &
q audierit uiuēt. Tertio ad exēplū eoꝝ qui ꝑ mortē xp̄i ſpūalr̃ moriūt̃ peccatis
q.ſ.abſcōdunt̃ a cōturbatione hoīm.Vn̄ dr̃ Col.iii.Mortui eſtis & uita ur̃a ab-
ſcondita ē cū xp̄o. Modꝰ etiā ſepeliēdi rōabilis fuit.nā ī orto ſepultꝰ ē ad deſig
nandū ꝙ ꝑ mortē & ſepulturā ip̄ius liberamur a morte quā incurrimꝰ ꝓpt̃ pec-
catū Ade ī orto ꝑadiſi cōmiſſū. In aliena etiā poſitus ē ſepultura ut dicit Augꝰ
in quodā ſermone qa ꝓ aliena moriebat̃ ſalute & etiā ꝓpt̃ abūdantiā pauꝑtatis
ꝓ nobis ſuſcepte. Nā q domū in uita nō habuit ut Theophilus refert pꝰ mortē
quoqꝫ ī alieno ſepulchro recōdit̃ & nudꝰ exiſtēs a Ioſeph opit̃. Erat īſuꝑ monu
mentū nouū ut Hieroꝰ ait ne pꝰ reſurrectionē ceteris corporibꝰ remanentibꝰ ſur
rexiſſe aliꝰ fingeret̃. Et ut Augꝰ dicit. Sicut in Marie uirgis utero nemo an̄ illū
nemo pꝰ illū cōceptus ē ita ī hoc monumēto nemo an̄ illū nemo pꝰ illū ſepultus
ē.Aduolutū etiā fuit ſaxū magnū ad monumēti hoſtiū ut ſic appareret oīmoda
ueritas ſepulture ſue. Quare ut ꝑticipes ſimꝰ mortis & ſepulture xp̄i ſepeliamꝰ
& nos uitia nr̄a atqꝫ peccata ſicqꝫ conſurgemus cum ip̄o accipientes hic gratiam
& in futuro beatam gloriam.Amen.

259

¶ Dominica resurrectionis dñi nostri Iesu xp̄i. De iocunditate particulari generali & maternali resurrectionis eius. Sermo.lxxi.

HEc dies quã fecit dñs exultem⁹ & letemur ĩ ea. Scribunt̃ hec uerba psal.cxvii. Sicut amara fuit credẽtib⁹ i Iesũ xp̄m passio ei⁹ ita iocũda dʒ eẽ resurrectio illi⁹. Propterea gaudere un⁹q̄sq̧ & letari dʒ ac iocũdari cũ audit uere ex mortuis xp̄m surrexisse. hoc eni docet nos & instruit sancta mr̃ eccl̃ia dũ sepi⁹ replicat ꝓphicũ dictũ a nobis assũptũ ꝑ themate. In diuis nãq̧ officiis diurnis nocturnisq̧ horis h⁹ tp̄ris exultãdũ eẽ p̄dicat ꝑ uictoria ꝑ gl̃ia p̄q̧ magnificẽtia xp̄i resurgẽtis. Letabũdũ ꝓfecto nouũ ab angelo nũtiatũ ẽ cũ dixit. Surrexit nõ ẽ hic. Surrexit inq̃ ille q̄ ꝑ amore nr̃o pati & mori nõ recusauit ut nos mortuos peccato resuscitaret ad uitã. Quapp̄t̃ ut diẽ istũ cũ sp̄uali letitia cõpleam⁹ i hoc sermõe de resurrectiõis xp̄i iocũditate uerba faciem⁹. Subdistĩguem⁹q̧ sermonẽ i tres p̄ncipales p̄tes triplicẽ iocũditatẽ.

¶ Prima dr̃ p̄ticularis. ¶ De iocunditate quã habuit ipse xp̄s in resurrectione &
¶ Secunda generalis. de mirabilibus actibus operatis a potentia diuina in ip̄o
¶ Tertia maternalis. xp̄o resurgente. Capl̄m.i.

PRima iocũditas resurrectiõis xp̄i dr̃ p̄ticularis que.s. fuit in aĩa bñdicta ip̄ius Iesu xp̄i dũ cor⁹ suũ iterũ sibi uniuit efficiẽs illud ꝑpetuo gl̃osum. Ad qđ pleni⁹ intelligẽdũ notãdũ ẽ q̧ i ip̄o xp̄o resurgẽte q̃tuor act⁹ mirabiles op̄ata ẽ uirt⁹ & potẽtia dei. Prim⁹ fuit sanguis reassũptio. Scđs corporis mutatio. Terti⁹ aĩe unio. Quart⁹ sepl̄chri penetratio. ¶ Prim⁹ act⁹ fuit sanguis reassũptio. Nã reassũpsit cor⁹ xp̄i clausũ exñs in sepulchro sãguinẽ ꝓpriũ q̄ extra erat disp̄sus qđ nõ nisi ꝑ diuinã uirtutẽ fieri potuit. Rõ aũt p̄fate reassumptiõis sanguis b̄m Tho.i.iii.p̄te.q.liiii.ẽ q̄a q̄cq̄d ad naturã corp̄is hũani p̄tinet totum fuit ĩ corp̄e xp̄i resurgẽtĩ. Manifestũ ẽ aũt q̧ ad naturã corp̄is hũani p̄tinẽt carnes & ossa & sanguis & alia h⁹i iõ oĩa ista ĩ corp̄e xp̄i resurgẽtis fuerũt. Dñt etiã p̄hi q̧ sãguis ẽ sedes aĩe & aĩa uiuificat cor⁹ sanguie mediãte. Quare indubitant̃ sanguinẽ suũ resurgẽs xp̄s ad suũ cor⁹ reduxit. Vtrũ aũt totũ sanguinẽ assũpserit ita q̧ nulla p̄ticula siue guttula de illo ĩ terra remãserit due sũt op̄iones. P̄ria ẽ sancti Tho.q̄ ubi s̄ ar.iii.ĩ r̃nsiõe ad argumẽtũ tertiũ.d.q̧ tot⁹ sãguis q̄ de corp̄e xp̄i fluxit cũ ad ueritatẽ hũane nat̃e p̄tineat ĩ xp̄i corp̄e resurrexit. Sanguis aũt ille q̄ ĩ q̄busdã eccl̃iis ꝑ reliq̄iis cõseruat̃ nõ fluxit de corp̄e xp̄i sʒ miraculose dr̃ effluxisse de q̄dã imagĩe xp̄i p̄cussa. Alia ẽ op̄io Frañ. de marõñ. q̄ ait. Nõ ẽ icõueniẽs si aliq̄d de sanguĩe xp̄i fuso dicat̃ eẽ ĩ aliq̄bus eccl̃iis q̄a forte cor⁹ ĩ uita incorruptibili nõ ĩdiget tãto sanguĩe sicut in uita mortali. Et licet utraq̧ op̄io sit

ſuſtentabilis tn̄ ſcd̾a maiorē firmitatē uidet̾ h̾re tū q̄a totꝰ ſanguis nō ꝑtinet ad
ueritatē hūane nat̾e. Vn̄ & ſanctꝰ Tho. ī ſuo quolibet. I. q. iii. d. Cū ergo xp̄s an̄
paſſionē cōederit & biberit nihil ꝓhibet ī eo fuiſſe aliquē ſanguinē nutrimētalē
ꝗ ad ueritatē hūane nat̾e nō ꝑtinet & quē nō oporteret ī reſurrectiōe ad corpꝰ
eius redire tū q̄a ī pleriſq; ſollēniſſimis locis oñdit̾ uerꝰ xp̄i ſāguis. Nā ī capella
regis frācie ē de ſanguīe xp̄i & de ſpinea corona ſāguīe tīcta. In ꝓuincia ꝓuīcie
ap̄ ſāctū Maximinū ī cōuentu fratꝝ p̄dicatoꝝ ī feſto ſancte Marie magdalene
oñdit̾ ampulla cū ſanguīe xp̄i. Apud Eſculū ī cōuētu fratꝝ p̄dicatoꝝ ē ſpina cū
ſāguīe xp̄i. Alia iſr̄ ſpina cū ſaguīe ē Racaneti ī ꝯuētu fratꝝ heremitaꝝ. In cītate
uero Mātue ī abbatia ſancti Bn̄dicti ī eccl̾ia ſancti Andree ē de ſāguīe xp̄i quē
aſportauit Lōginꝰ cuiꝰ corꝰ reqeſcit ibidē. In Alemānia uero ī ciuitate Nuren-
berge ē ferrū cū quo lōginꝰ lanceauit latꝰ xp̄i ſanguīe reſꝑſū & ſic ī ml̾tis ꝑtibꝰ
xp̄ianoꝝ uerꝰ oſtēdit̾ ſāguis xp̄i. Facit etiā ad cōfirmationē ſcd̾e opīonis aucto-
ritas ſūmi pōcificis. Nā ꝑ Piū maxim ſcriptū ē ut ſeq̄t̾. Pius ep̄s ſeruꝰ ſeruoꝝ
dei dilectis filiis abbati monaſterii btē Marie Xantoneñ. diocl & cantori eccl̾ie
Xantoneñ. ac p̀ori p̀oratꝰ ſācti Eutropii extra muros Xantone ſalutē & ap̄l̾icā
bn̄dictionē. Illius ꝗ ſe ꝓ dñici ſaluatiōe gregis in pretiū īmolari nō abnuit uices
q̄̄uis īmeriti gerētes ī terris ad ea curis urgemur īdefeſſis ꝑ que cūctoꝝ xp̄i fide
libꝰ erga ſaluatorē ſuū creſcat deuotio ac īp̄oꝝ q̄bus ſit ab eis dubietatis ſemotis
ſcrupl̾ ꝑ āplius ſuccedat ſalꝰ aīaꝝ. Exhibita ſiq̄dē nobis nuꝑ ꝑte dilectoꝝ filioꝝ
guardiani & cōuētꝰ domꝰ uille Rupelle ordīs fratꝝ mioꝝ Xāthoneñ. diocl peti
tio cōtīebat. Q; lȝ & tāto tp̄re cuiꝰ memoria nō extitit ī eccl̾ia dicte domꝰ ut pie
credit̾ quedā portiūcula p̄tioſiſſimi ſanguīs dñi nr̄i Ieſu xp̄i ī ligno crucis ꝓ re-
demptione hūani generis ſalubrit̾ effuſi & ꝑ eoſdē guardianū & cōuentū certis
anni tp̄ribꝰ xp̄i fidelibꝰ ſollēnit̾ oñdi ac inibi ab eodē tp̄re citra ab eiſdē fidelibꝰ
uenerari cōſueta fore inhibeat̾ & honorifice cōſeruet̾. Nonnulli tn̄ curioſi pluſq̄̄
oporteat ſaꝑe ſatagētes quo ſp̄ū ducti neſcit̾ publice ac p̀uate aſſerere nō uerē
tes ꝙ nil de p̄fato ſanguīe remāſit in terris fideles īp̄os a pia eoꝝ deuotiōe quā
hactenꝰ geſſerūt ad p̄fatā ſanguīs portiūculā ī dicta eccl̾ia colēdā retrahere co-
nant̾ in nō modicū incolaꝝ ꝑtiū illaꝝ ac guardiani & cōuentꝰ p̄dictoꝝ ſcandalū
atq; gramanē. Quare ꝓ ꝑte dictoꝝ guardiani & cōuentꝰ nobis fuit hūil̾r ſuppli
catū ut ſuꝑ his ſibi & fidelibꝰ eiſdē oportūe ꝓuidere benignitate ap̄l̾ica dignare
mur. Nos igit̾ ꝗ de p̄miſſis certā noticiā non hēmus attendētes ꝙ ueritati fidei
nl̾latenꝰ repugnat affirmare redēptorē nr̄m de ſanguīe p̄fato ob īp̄ius paſſiōis
memoriā aliq̄ ꝑtē ī terris reliq̄ſſe ac ꝓpterea deuotionē īp̄oꝝ fideliū pl̾imū cō-
ſeruari & ſcādalis īp̄is q̄tū ī nobis ē obuiare cupiētes hꝰi ſupplicatiōibꝰ inclinati

discretiõi ur̃e p aplica scripta mẽdam9 q̃tenus uos uel duo aut un9 ur̃m si & p9q̃
uocatis q fuerit euocãdi de p̃missis uobis legitie cõstiterit oib9 & singulis tã ex
emptis q̃ nõ exẽptis cui9cũq; p̃eminẽtie stat9 dignitatꝭ grad9 ordĩs uel cõditiõis
fuerit auctoritate nr̃a sub penis & censurꝭ eccl'iasticis ne dictos fideles ab oĩ pia
eoꝝ deuotiõe quã hacten9 gesserũt ad p̃fatã sãguis h9i portiũculã ĩ eadẽ eccl'ia
uenerandã ut p̃fert quoquo mõ retrahere. Guardiano quoq; & cõuẽtui p̃dictis
ne p illatas eis retroactis tp̃rib9 p̃missoꝝ occasiõe iniurias q̃suis psonas ad iudi-
ciũ euocari facere p̃sumãt dicta auctoritate districti9 inhibere curetꝭ cõtradicto
res p cẽsurã eccl'iasticã appl'atiõe p9posita cõpescẽdo nõ obstãtib9 cõstitutiõib9
& ordĩatiõib9 apl'icis necnon dom9 & ordĩs p̃dictoꝝ iuramẽto cõfirmatiõe apl'ica
uel q̃uis firmitate alia roboratꝭ statutis & cõsuetudinib9 ceterisq; cõtrariis qbus-
cũq; aut aliqb9 cõit uel diuisim ab apl'ica sede ĩdultũ existat q interdici suspẽdi
uel excõicari nõ possint p lr̃as apl'icas nõ faciẽtes plenã & exp̃ssam de uerbo ad
uerbũ de indulto h9i mẽtionẽ. Datũ Rome ap̃ sanctũ Petꝝ Anno incarnatiõis
dnĩce. M.cccc.lxi. qntodecĩo kal'. Augusti põtificat9 nr̃i ãno tertio. Propt' que
oĩa satꝭ rõabile eẽ uidet q aliqd de uero xp̃i sanguĩe effuso ĩueniat ĩ terra. Vtꝝ
uero talis sanguis sit tãta ueneratiõe dign9 q̃ta sanguis q ẽ in eucharistia ap̃ ple
rosq; dubiũ ẽ qm̃ si unit9 ẽ diuĩtati adorãd9 eẽt adoratiõe latrie. Si uero nõ ẽ uni
tus diuĩtati tũc honor latrie nõ debet ei sãguini ĩ eucharistia. Quid aũt tenendũ
sit an .s. a sanguĩe fuso sit sepata diuĩtas uel unita nõ ẽ diffinitũ uel determĩatũ
cũ altera opĩonũ sustineri possit ut p3 p cõstitutionẽ nouã factã a summo ponti
fice Pio scd'o qui p̃disputatã materiã istã ĩ sui pñtia p doctissimos uiros statuit
& ordĩauit q null9 decetero sub pena excõicatiõis auderet dãnare q̃cũq; opĩoe3
p̃dictã cũ utraq; sustineri possit absq; errore. Ego uero adhereo opĩoni doc. mei
Fran. q ait q l3 aĩa xp̃i & caro nũq̃ fuerit a diuĩtate sepate. sanguis tñ sepatus a
corpe ex cõseqñti erat sepat9 a diuinitate. Cui9 signũ ẽ qa l3 dicam9 fili9 dei fuit
sepult9 & fili9 dei descẽdit ad ĩferos nõ tñ dicim9 fili9 dei fuit effusus sup terrã.
Ista aũt idiomatũ cõicatio ẽ nota talis uniõis ẜm Aug. in .i. de tri. ¶ Scd's actus
quẽ opata ẽ uirt9 diuĩa ĩ xp̃o resurgẽte fuit corpis mutatio & si cor9 nõ sit muta
tũ ẜm substantiã qa ei9dẽ nat'e resurrexit fuit tñ mutatũ ẜm q̃litatẽ. Erat. n. ẜm
Greg. i omel' eiusdẽ nat'e sed alteri9 gl'ie. Nõ potuit ergo fieri creata uirtute ut
cor9 exaĩe ante & uulnerib9 plenũ sanaret impassibil'r additis aliis dotib9 corpis
gl'iosi. ¶ Terti9 act9 fuit aĩe ad cor9 unio. Nõ. n. põt nisi diuĩa uirtute aĩa sepata
eidẽ corpi uniri qd' meli9 & diffusi9 explicabit in ope de uirtutib9 ĩ sermõe de re
surrectiõe generali. ¶ Quart9 act9 fuit sepulchri penetratio. Exiuit nanq; xp̃s
de sepulchro clauso sigillato & custodito. Sed nonnulli circa hoc dubitant ppt'

uerbũ Math.d. Anglˀs aũt dñi deſcẽdit de celo & accedens reuoluit lapidẽ. Ad qdˀ rñdet Beda.d. Accedẽs reuoluit lapidẽ nõ ut egreſſuro dño ianuã pãdat ſed ut egreſſꝰ eiꝰ iã facti hoibꝰ ꝑſtꝫ idiciũ. Qui.n.mortalˀ clauſo uirgis utero potuit naſcẽdo mũdũ ĩgredi ip̃e factꝰ ĩmortalˀ clauſo ſepulchro potuit reſurgẽdo exire de mũdo. Conſideremꝰ ergo quãta leticia fuit mẽs xp̃i ꝑfuſa cum de ſepulchro exiẽs ꝗ ꝑ̇us paſſibilis fuerat glˀioſũ & ĩpaſſibilẽ ſe cõſpexit. Vt puto ꝙ ꝑ̇mũ eleuatis ĩ celũ oculˀ gr̃as retulit pr̃i ꝗ eũ dˀ morte iã fecerat triũphare.

De iocũditate quã habuer̃t ex reſurrectiõe chriſti uincti.diſcipuli.mulieres & angeli. Caplˀm.ii.

SCd̃a iocũditas dr̃ generalis que q̃druplˀr ſubdiſtĩgui põt. Pr̃a uinctoꝝ. Scd̃a diſcipuloꝝ. Tertia mulieꝝ. Quarta angeloꝝ. Pr̃a iocũditas fuit uĩctoꝝ eoꝝ.ſ.ꝗ uĩcti detẽti fuerãt ĩ libo quos ĩñ reſurgẽs xp̃s penitꝰ eduxit & liberauit ꝓut Zacharias ꝓpha ꝑ̃nũtiauerat.ix.c.d. Tu quoqꝫ ĩ ſãguĩe teſtĩ tui emiſiſti uĩctos tuos dˀ lacu ĩ quo ñ erat aq̃. Que uerba.ſcd̓ꝫ Nico.dˀ lira ad lr̃aꝫ intelligũtˀ dˀ xp̃o. Cui ꝓpha loqtˀ ĩ ſcd̃a ꝑſona dˀ quo añ dixerat ĩ tertia ꝑſona. Sed dubiũ hic oritˀ utꝝ xp̃s oẽs aĩas que erãt ĩ ĩferno liberauerit. Ad qdˀ rñdꝫ Boñ.di..xxii.tertii.li.Qꝫ xp̃s ñ liberauit niſi aĩas electoꝝ ſuoꝝ & eoꝝ ꝗ erãt m̃bra ip̃ius. ꝗ̃uis.n.paſſio xp̃i oibꝰ ſuffecerit ñ tñ ĩfluit niſi ĩ eiꝰ m̃bra.& iõ illi ſoli ꝑ paſſiõeꝫ xp̃i ſaluati ſũt ꝗ ulˀ erãt eiꝰ m̃bra qñ paſſꝰ ẽ ulˀ futuri erãt ꝑ cõuerſiõeꝫ ad ip̃ꝫ Qm̃ igitˀ mlˀti erãt ĩ ĩferno ꝗ nec m̃bra xp̃i erãt nec futuri erãt ꝗa ñ erãt ĩſtatu merẽdi nõ oẽs dñs eripuit de ĩferno ſꝫ tm̃ electos Vñ Gregꝰ ĩ q̃dã omelˀ ĩ.octauã paſce ait.ꝙ añ paſſiõeꝫ ſuã dixit ĩ reſurrectiõe ſua dñs ĩpleuit.Si exaltatꝰ fuero a terra oĩa trahã ad me.Oĩa.n.trahit ꝗ de electis ſuis ap̃ ĩferos nlˀlm reliqt Oĩa abſtulit utiqꝫ electa Vñ etiã recte ꝑ os Oſee dĩc.Ero mors tua o mors.morſus tuꝰ ero inferne.ꝗa.n.ĩ electis ſuis funditꝰ occidit mortẽ mors mortis extitit.ꝗa uero in ĩferno ꝑtẽ abſtulit ꝑtẽ reliqt nõ occidit fũditꝰ ſꝫ momordit ĩfernũ.hec ille.Nõ fuerũt ergo ab ĩferno liberati ꝑ xp̃ꝫ dãnati ꝑ ſnĩam diffinitĩaꝫ ſiue ꝓpter pc̃tm̃ actuale ſiue etiã ꝓptˀ pc̃tm̃ originale. Nã ut ingt Tho.iii.ꝑte.q.lii. Pueri ꝗ cũ origĩali deceſſerãt nullo mõ fuerãt cõiũcti paſſiõi xp̃i ꝑ fidẽ & dilectiõeꝫ iõ nõ fuerũt ab ĩferno liberati.& lꝫ ſãcti pr̃es adhuc tenerẽtˀ aſtricti reatu origĩalˀ pc̃tĩ ĩq̃tũ reſpicit hũanã natˀaꝫ.tñ erãt liberati ꝑ fidẽ xp̃i ab oĩ macula pc̃tĩ.& iõ capaces erãt illiꝰ liberatiõis quã xp̃s attulit deſcẽdẽs ad ĩferos.Paruuli uero ꝗ ñ fuerant a peccato originali mũdati neqꝫ ꝑ fidẽ ꝓ̇ꝑ̇aꝫ ꝗa nũdũ hũerãt uſũ liberi arbitrii neqꝫ ꝑ fidẽ ꝑẽtũ aut ꝑ aliqdˀ fidei ſacr̃ꝫ ꝗa nõ erãt ĩ ſtatu ĩ quo eẽnt capaces gr̃e xp̃i nec merita xp̃i poterant eis ſuffragari nec ſatiſfactio eiꝰ ꝑ pc̃tõ Ade ad eos hẽbat extẽdi liberati nequaꝗ̃ fuere.Sꝫ adhuc dubiũ ẽ. An liberate fuer̃t aĩe

261

que erāt ī purgatorio Et rñdȝ Tho. ubi sup̄ ꝙ passio xp̄i nō habuit tūc maiorem efficaciā q̄ hēat nūc & iō illi q fuerūt tales q̄les nūc sunt illi q ī purgatorio cruciant̄ liberati nō fuerūt. Si q aūt īueti sūt ibi tales q̄les etiā nūc satisfactiōe cōpleta liberāt̄ nil ꝓhibet eos a purgatorio fuisse liberatos. Fuit ergo iocunditas illa oīm q ī lībo detinebāt̄ qb⁹ gaudiū accn̄tale accreuit locū illū derelinq̄ndo ī quo tā diu hītauerāt ī tenebrī & merore. ¶ Scd̄a fuit iocūditas discipl'oꝝ. Ipa eteni resurrectiōis die apparuit xp̄s discipl'is eūtib⁹ ī Emaus ut pȝ Luce ultio. Item apparuit discipl'is cōgregatis ī unū ut dr̄ Ioh̄. xx. & tūc nō aderat Tho. Appuit adhuc & Simoni. Sed ubi aut q̄n nescit̄ nisi forte q̄n redibat a monumento cū Ioh̄e Luce ultio. Vel ut dr̄ ī historia eccl'iastica apparuit ei ī cauerna ī q flēdo manebat. nā p⁹q̄ negauit xp̄m ī cauernā q̄dā intrauit que mō dr̄ gallicat⁹ ubi se totū ad lamēta pnīe cōuertit. Ibi ut q̄busdā placet ī ip̄a resurrectiōis die magr̄ benignissim⁹ uisitauit eū certificās illū de sui remissiōe peccati. Ob qd' Petr⁹ miro gaudio fuit affect⁹. Silr̄ letat⁹ ē ex resurrectiōe xp̄i Iosep ab Arimathia. Legit̄ nāq; in euāgelio Nicodemi ꝙ iudei indignati cōtra ip̄m eo ꝙ xp̄m sepelierat cepūt ip̄m & ī quodā cubicl'o diligent̄ clauso & sigillato eū recluserūt uolētes p⁹ sabbatū eū occidere. Et ecce xp̄s ī ip̄a nocte resurrectiōis ad eū intrauit & osculū ei dedit & īde saluis sigillis eū īducēs ī domū suā ī Arimathia ipȝ adduxit. ¶ Tertia fuit iocūditas mlieꝝ que ip̄a die resurrectiōis uiderūt eū. Vidit nāq; illū Maria magdalena ī spē ortulani ut dr̄ Ioh̄. xx. Viderūt & illū secū p⁹ea & alie marie qb⁹ a monum̄to redeūtib⁹ apparuit Iesus occurrens illis & dicēs. Auete. Ille aūt accesserūt & tenuerūt pedes ei⁹ & adorauerunt eū ut pȝ Mathi. ul. c. ¶ Quarta fuit iocūditas angl'oꝝ qb⁹ accn̄tale gaudiū accreuit ꝑ gl'ia xp̄i resurgētis ꝑ liberatiōe pr̄m de limbo etiā & ꝑ toti⁹ letitia eccl'ie militātis.

¶ De iocunditate quā habuit mater Iesu xp̄i ex resurrectione eius sicut multipliciter probatur. Capl'm. iii.

TErtia iocūditas p̄cipalis dr̄ maternalis. Sup ceteros eteni ꝑ xp̄o resuscitato letificatū ē cor uirgīs mr̄is. Sibi nanq; ut pie credit̄ p̄usq̄ ceteris bn̄dict⁹ fili⁹ eius appuit. Qd' ꝓbari pōt q̄druplr. Prio ex testificatiōe Scd'o ex cōtrarii cōfutatiōe. Tertio ex celebratiōe. Quarto ex cōueniēti rōe. ¶ Primo ꝓbari pōt ex testificatiōe. Testat̄. n. hoc Ambro⁹ ī li° de uirgīb⁹. d. Vidit Maria resurrectionē dn̄i & primo uidit & credidit. uidit maria magdalena q̄uis ista adhuc nutaret. ¶ Scd'o ꝓbat̄ ex cōtrarii cōfutatiōe. Aiūt eni nōnulli xp̄m uirgini matri iō nō apparuisse qa nll's euangl'istaꝝ hoc asserit. Sed ad hoc doc. dicunt ꝙ euāgelistaꝝ officiū fuit solū° resurrectiōis testes iducere mr̄eȝ aūt ad testificādū ꝓ filio inducere eos nō decuit. Si eni uerba extraneaꝝ feiaꝝ deliram̄ta uisa sunt

